L'ateo stesso se mai è, il quale nell'atto di riconoscere col suo raziocinio questa verità universale, che a traverso dei secoli a tutte mantiensi della natura umana, che manca in parte de suoi individui, ed in altri si risveglia e si smarrisce e si perde, conoscano la ragione dell'umana esistenza nella necessità nel caso [illegible] esso stesso colle infelici sue indagini e desolatorie parmo doversi ab[illegible]bere una qualche causa, da cui ebbe origine l'umana famiglia. Falla bensì il [illegible]ine nell'applicazione ma riconosce al par di noi che per qualche ragione dar[illegible] vo gli uomini avuto ad incominciare: ed il suo fatto non è, che una di quelle debolezze [illegible] uomini, i quali tante volte benché di sani principj generalmente, pur fanno applicazioni pessime. Per il che, supposto anche di [illegible] [illegible]
[illegible] Son essi per così dire come tanti cadaveri, che nella loro disgrazia stessa [illegible] loro stesso fatto nella stessa lor morte spirituale, [illegible] accrescono alla ve[illegible] [illegible]

[illegible] non erano, essi però avere inco[illegible]minciamento da un Ente [illegible]

[illegible] (2)

34

[illegible] tale e vieno [illegible] questo Ente Creatore che Dio chiamiamo egli è eterno immutabile infinito [illegible] [illegible]
[illegible] è eterno ossia senza principio e fine sempre stato cioè e che sempre sarà [illegible] [illegible] per una serie cadente di esseri per numero infinito [illegible]
[illegible]
[illegible] abbia data la esistenza ai primi uomini, egli è manifesto questo Ente [illegible] primo e senza principio. Scriveva perciò Cicerone nella sua repubblica: = principio autem nulla est origo nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem [illegible] [illegible] nec enim esset principium quod gigneretur aliunde = (de Re. l. VI. c. 25)
[illegible] Ente senza principio non avendo cominciato cioè a dire non avendo [illegible] [illegible] non essere ne viene che egli è necessariamente ossia che non può non essere [illegible] così essendo non può nessuna mancare ma sempre sarà! conseguenza che nello

[illegible] luogo leggesi tirata dal Romano filosofo = quod si nunquam oritur [illegible] [illegible]

[illegible] i ente Creatore principio e fine, e chi è che non veda esser lui ne- cessariamente immutabile? Imperciocchè per potersi mutarsi conviene poter allo- tanarsi [illegible] altro punto arrivare: lo che val quanto il dire che per mutarsi [illegible] principio e fine.

Or esso Creatore, essendo immutabile per mancanza di punti estremi egli è pure unico, e solo non potendo darsi più infiniti. Ed è aurea la seguente sentenza di S. Atanasio: = Deos esse multos dicere, perinde est ac nullos esse = (lib. cont. gen.

Per la qual cosa l'Ente, che Dio chiamiamo Creatore di noi uomini e eterno, immutabile infinito, ed unico

(C)

Nè solo tale è il Signore Iddio Creator nostro, Ente! da cui gli uomini incominciarono; ma egli ancora è sapiente e potente. E che ancora è Sapiente e Potente

È sapiente e potente, perchè egli ha agli uomini impartito l'intelletto [illegible] ragione e la volontà con cui [illegible] [illegible] sapienza e potenza [illegible] forma degli esseri che sulla terra ci circondano, e son sue creature [illegible] un solo [illegible] l'Eterno [illegible] [illegible] [illegible] segni di sapienza nella distribuzione loro, e di possanza nelle forze loro impartite. È sapiente e potente per aver [illegible] il firmamento [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de' monti la grandezza delle moli, la lunghezza delle distanze, [illegible] del moto, e la precizion dei giri! Sapiente e potente per ultimo [illegible] tutte cose ha create chi è l'Eterno! = creavit omnia simul qui vivit in æternum = (Eccl. XVIII). Il quale per conseguente è d'una sapienza dotato per cui [illegible] [illegible] tenebre il passato il presente e l'avvenire d'un solo [illegible] e [illegible] e d'una possanza così è [illegible], per cui [illegible] [illegible] con un solo [illegible] Non basta! Sapienza e possanza, che infinitamente più ancora possono, di quanto abbiam ora accennato: = magnitudinis ejus non est finis = (psal. 144), perchè attributi sono essi d'un Ente infinito. E non che [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible] Agosto [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Filosofia per l'anno 1830 31. 1° e II° Sem.re I° e II anno.

Plutarco.

In libello quodam

= Quo magis cuique ex Philosophia accedit Rationis: eo plus decedit Fastus et Arrogantiæ.

Cicero 5. de finibus:

Omnium Rerum Principia parva sunt; sed suis progressionibus usa augentur

id. 2. de Orat.

Non potest in eo succus esse diuturnus, quod nimis celeriter est maturitatem assecutum.

id. 1. de Orat.

Etsi utile est subito sæpe dicere: tamen illud utilius, sumpto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere

id. Orat. ad Brutum.

In Philosophia Res spectantur, non verba penduntur.

id. 2. Tusculan

At Philosophia si adferat eloquentiam non aspernor si non invenit non admodum desidero.

id. 2. Officior.

Quo quis versutior est callidior, hoc invisior et suspectior, detracta opinione Probitatis.

id. 4 Tuscul.

Bene adhibita ratio cernit quid optimum sit; neglecta, multis implicatur erroribus.

Cic. 1. Officiorum

= Quod verum simplex, sincerumque est, id est naturae hominis accommodatissimum =

S. August. de Civitate Dei lib. 17. c. 24

= (Sapientia non est ab illo qui illuminatur, sed ab illo qui illuminat =

Multa sapientes faciunt qua homines, non qua sapientes.
Seneca Ep. 90

Sum ex iis, qui miror antiquos; non tamen ut quidam temporum nostrorum ingenia despicio; neque enim fessa et effeta natura nihil jam laudabile parit
Plin. Iun. l. 6 c. XXI.

La vera filosofia consiste nel veder le cose quali sono
Buffon.

Liber I.

De Odosophia.

—

Prefatio.

Articulus primus

Quid Odosophia?

A) Odosophia juxta vim græci nominis idem est ac introductio ad sapientiam.

B) Nos igitur hoc nomine significare volumus = Scientiam, per cujus studium ad Philosophiam ediscendam aptiores reddantur tyrones =.

Articulus II.

Quæ ejus utilitas.

—

A). Quæ vera sit, et quanta hujus scientiæ utilitas, ex his, quæ sequuntur momentis apparebit.

Perutilem igitur eandem habemus primum ex eo, quod per ipsam = illud de quo venit disputandum = definitur. Quod maximi est commodi; de male enim cognita causa, non nisi mala ferri possunt judicia, ita ut præclarus vir Joan. Baptista Vico ausus sit dicere: = Gli errori nella filosofia nascono tutti da Omonimia, che volgarmente si chiamano Equivoci = (G. B. Vico dell'Antichis. Sap. degl'Ital. tratta da latini parlari c. 2).

B.) Perutilem secundo hanc scientiam habemus ex eo, quod per ipsam regulæ tradantur, tum ad veritates cognoscendas cum ad easdem cognitas aliis demonstrandas quæ regulæ cum nonnisi per varios anfractus, ac summos labores, et post longum duntaxat tempus a sapientissimis viris fuerint excogitatæ, dum a maximo periculo vel non inveniendi, vel in ipsis inveniendis errandi tyrones eximant, atque

absolvant summoperè juvare apparet.

Ex hinc enim fit, quod etiamsi maxima sit rerum obscuritas, innumeri sint errores ac fere incredibile sit opinionum sententiarumque discrimen attamen philosophi ita edocti nec nimia formidine ab inquirenda veritate [illegible] quae [illegible] ~~veritate~~ abstineant, nec ~~ad inquirendam discendam~~ ~~nec temere~~ accedant.

C) Perutile tandem dicimus hujus scientiæ studium ex eo, quod ad singulas Philosophiæ partes ac disciplinas omnes acquirendas suis inserviat doctrinis: ac veluti „ut cum Tullio loquamur, per omnes sapientiæ partes manat ac funditur = (Cicero Tusc. l. 5. c. 25.).

Atque idcirco in sui laudem plura accepit nomina. Nunc enim Logica, vel Rationalis Facultas fuit dicta, eo quod mentem ipsam, sive Rationem dirigat: nunc Dialectica fuit dicta eo quod sermones ad interrogationem, responsionemque disponeret: atque nunc Veri, ac Falsi Scientia. Quid multis est opus? Aristoteles eam appellabat = Organum, Instrumentum, summamque scientiarum =; Cicero = Veri, Falsique disceptatricem Artemque artium omnium maximam =; Augustinus vero = Disciplina disciplinarum =.

Articulus III.

Quod ejus objectum ac partes.

A). Objectum autem hujus scientiæ, sive = illud circa quod ipsa versatur =, sive ipsi considerandum proponitur, ac veluti objicitur, triplex est: scilicet Res, Rerum ipsarum Inventio; ac Demonstratio.

B.) Ac proinde in tres ipsa dividitur partes; in quarum prima de Rebus; in secunda de Rerum Inventione in tertia autem de Rerum inventarum Demonstratione disputatur

Articulus IV.
Quæ hujus studii methodus.

A.) Incumbendum autem venit huic disciplinæ primo pietate, ac sobrietate vitæ; secundo docilitate animi, ac attentione in audiendo, sive in ipsis veritatibus inquirendis

B.) Postquam vero fuerint nobis veritates patefactæ, incumbendum serio erit pariter nobis in earundem veritatum contemplatione, comparatione enumeratione, atque litteraria inter commilitones earundem enunciatione ac concertatione.

Pars prima,
De Rebus,

In qua inquiritur I.° de Ente ejusque affectionibus; II.° de entium Notionibus, sive Ideis; III. de idearum manifestatione sive signis

Quæstio I.ª ; in qua [illegible] [illegible] ejus [illegible], nempe [illegible] [illegible]

Art. I.

Quid sit Identicum. Æquale, Simile, Dissimile, ac Contrarium (et connexum?)

A.) Aliquid dicitur Identicum, quando licet mutata sint loca et tempora; illud tamen sit idem ac prius erat; ejusdem nempe qualitatis ac quantitatis quibus antea pollebat.

Quod si res aliqua secum ipsa comparata, eadem inveniatur ipsa in omnibus ac per omnia identica, sive eadem, dicitur tunc metaphisice si vero hujus rei qualitatibus manentibus in earum tamen quantitate aliquæ evenerint mutationes, tunc res hæc dicitur identica moraliter duntaxat.

Identitas moralis est relatio rei ad se ipsam comparatam tamen cum eo quod ipsa erat alio sub tempore. Atque cum Deus solus nunquam mutetur, et cętera omnia mutationes subeant, de Deo tantummodo prędicari potest identitas metaphysica; de reliquis autem moralis.

B.) Ęquale dicitur aliquid alteri, si cum illo in omnibus qualitatibus, harumque quantitatibus conveniat: sic duę guttę ejusdem qualitatis ac quantitatis vini aliusve liquoris essent sibi ęquales. Ęqualitas igitur, quę est relatio unius rei ad aliam rem, est convenientia duarum, aut plurium rerum inter se quoad omnia; quę proinde res nonnisi una subsistentia, sive numero, possent ab invicem distingui.

Hoc verbum tamen ęquale, minus philosophice usurpatur etiam ad significandas res, quę nonnisi in plerisque inter se conveniunt.

C.) Simile aliis illud dicitur, quod cum ipsis qualitates, earumque quantitates, vel maxima ex parte, vel saltem multa habeat communes.

Quod si in plerisque differret, ac nonnisi in paucis, proinde cum aliis conveniret, tunc dicitur iisdem Dissimile.

D.) Contrarium vero alteri habetur illud, quod secum ipso stare nequeat.

Hinc quę sunt sibi contraria, excluduntur ad invicem; ita ut ex illis posito uno, ejusdem contrarium desit omnino. Contraria autem habentur ens et nihil; mollities, et durities; dulce, et amarum; virtus et vitium; vita, et mors etc.

Quod si similia, dissimilia, et contraria interdum per nomen diversum inveniri solent; non ea quam Philosophum decet, loquendi proprietate iterum monemus.

Articulus II.

Quid Possibile, et Possibilitas, quid Existens, et Existentia; quidque Necessarium, Contingens, Mutabile, atque Ens.

A.) Illud dicitur <u>Possibile</u>, quod minime repugnat, sed concipitur; ac proinde est. Nihil enim concipi non potest.

Sic hominem integrę valetudinis cras mori non repugnat; quinimmo ejus mors concipitur; sic habitatores esse in luna non repugnat, quinimmo concipiuntur. Cum igitur nihil absolute sit nobis inconceptibile, ejus hominis mors, ac illi planeticolę sunt duo possibilia.

Ex eo etiam, quod Nihil concipi nequeat, sequitur quod nihil sit impossibile; et possibile illud quod est. Atque proinde cum nihil sit vera Impossibilitas, possibilitas sit essentia rerum: quę etiam dici solet <u>natura</u> cujusque rei.

B.) Aliud autem est aliquid esse possibile, quam esse Existens.

Nam licet alii mundi concipiantur, et sint possibiles; propterea tamen non sunt <u>existentes</u>: res hęc facillima est intellectu. Possibilitas igitur stare potest sine Existentia; ac proinde verum est quod dicebamus aliud esse ens possibile, aliud ens existens.

Per existentiam enim res possibiles, quę veluti latebant in causis suis, nec eo in statu pati aut agere poterant, exinde manant ac exeunt; ita ut quando primum in potentia erant, per existentiam sint <u>actu</u>, et capacitatem habeant patiendi, aut agendi. Hinc a Philosophis definitur existentia = complementum possibilitatis =; atque quidquid existit nedum concipi potest verum etiam pati ac agere potest.

Animadvertimus autem, quod ea quę possibilia sunt ed rationem suę existentię in seipsis, sive in natura sua non habent, hęc omnia ut existant indigent alia Potentia, quę eisdem eadem existentiam tribuat. Hinc factum est; quod cum inter potentias creatrices, sive productrices aliæ ac aliæ virtutis haveantur, dentur hujusmodi possibilia, quę a quibuscumque potentiis non possunt ad existendum pertrahi. Quę impotentia extrinseca rebus possibilibus dicitur a Philosophis impossibilitas extrinseca, sive relativa.

Hinc etiam colligitur quam vera sint quę sequuntur; 1º nihil existere nisi quod erat possibile, 2º non omne quod est possibile, propterea existere; 3º quidquid existit vel a se existit, vel ab alio habuit ut existeret.

C.) Necessarium est illud, quod non potest non esse. Hinc necessarium alteri illud dicitur, sine quo concipi non potest; vel sine quo non existeret; hac tamen differentia, quod primum esset illi necessarium necessitate essentię, sive possibilitatis; alterum vero necessarium esset illi necessitate existentię, hoc est extrinsece.

Contingens est illud quod poterat non existere: quod proinde non ex necessitate suę naturę existit, sed aliunde habuit ut existeret.

Mutabile est omne contingens, sive quidquid potest vel augeri vel minui.

D.) Ens tandem est quidquid concipitur, et concipi potest, existit et existere potest.

Ens proinde est omne possibile, omne necessarium, omne contingens, ac mutabile: quin etiam quęcumque existunt nil aliud sunt, quam totidem determinationes, sive participationis Entis.

Articulus III.

Quid Accidens, Attributum, et Substantia; quid Corpus, Spiritus, et Suppositum, quidque Causa et Principium.

A.) Entia existentia non semper eadem sese exhibent sensibus nostris; sed nunc unius, nunc alius coloris, saporis ac resistentię, nunc hoc nunc illo modo. Hę autem entium existentium modificationes, quę ipsis entibus manentibus fiunt, illud sunt, quod nos significamus per verbum: Accidens. Itaque accidens non dicitur ens, sed entis; atque ejus est inesse, et comportionem facere cum subjecto nec accidens variatur; atque idem accidens adest, vel abest, sine subjecti quod afficit, et cui inhęret corruptione.

[in margin:] in seipso, sed suum subjectum secundum ipsum accidens variatur;

Ab ipso accidenti autem summopere differt Attributum, quod est proprietas sive qualitas necessaria ipsius entis existentis; sive est illa capacitas tum patiendi, tum agendi, essentialis quidem, sed quam obtinuit ens idem per sui originem. Hinc attributa dici solent etiam determinationes essentię sive entitates, sine quibus ens quodvis existens existere non posset, dum e contra pereuntibus accidentibus non perit omnino.

Ab utroque autem distinguitur Substantia, quę nulli alio inhęret, sed per se existit, nec aliquid aliud determinat, sed determinatur attributis, ac substat accidentibus; quę proinde merito est dicenda = aliquod possibile sive aliqua essentia ad existendum per se aliunde producta =.

[in margin:] [illegible]

B.) Illę substantię, quę constant partibus extra sese invicem positis, et in quas variis modis dispesci possunt corpora nuncupantur, sive substantię corporeę. Quodvis corpus proinde est extensum ac solidum; potest generari per partium sive elementorum unionem, et corrumpi per eorundem resolutionem. ex quibus elementis, quasi ex materia, et ex

[in margin:] ad certa ratione unitis,

[in margin:] [illegible]

illorum unione quasi ex forma exurgit. Ac propterea fuit etiam corpus definitum = Ens compositum ex materia, et forma =.

Hoc nos intelligimus nomine corporis. Spiritus autem est nobis substantia partibus extra partes positis, et ab invicem separabilibus carens omnino; quę proinde nec per partium unionem generari, nec per earundem resolutionem corrumpi potest: ac dicitur etiam substantia spiritualis, sive simplex. simplicitas enim carentiam partium sonat.

Nomine autem Suppositi hoc est quod intelligimus. Quidquid cum suis attributis existit, accidentibus substratum est nobis substantia: non autem omne tale efformat Ens completum. Ejusmodi enim sunt caput Bovis, sive pes omnino essent: neutrum tamen esset Ens completum, sive Bos. Illa igitur substantia, quę sit undequaque completa; ens namque completum, hęc dicitur suppositum. Sic mens nostra et corpus nostrum unum ab alio sejunctum, duę substantię, altera spiritualis, altera corporea essent quidem, neutra autem esset suppositum. Quocirca merito Suppositum dicitur = substantia singularis ultimo completa =; quę ad distinctionem accidentium quę inhęrent, et substantiarum quę substant, dicitur subsistere, et sui juris, ac individua. Hinc est quod subsistentia habeatur tamquam complementum substantię: atque illa omnia, quę propria sunt cujusvis substantię incompletę, indiscriminatim pręedicantur de supposito. Sic homo dicitur mortalis propter caducitatem sui corporis; et [illegible] propter immortalitatem sui spiritus: atque hinc etiam ortum habuit hęc sententia: = Actiones sunt suppositorum =. Quatenus autem supposita dicuntur etiam individua hoc significatur quod singula unum sint indivisum in se et ab omni alio divisum.

C) Dicimus desiquè quid nobis sit Causa, et Principium.

Per Causam nos igitur intelligimus = Ens quodvis, a quo aliquid possibile fit existens, et a quo essentia sua sive natura differt = Sic Parentes nostri, a quibus existentiam accepimus, ac aliam ab ipsis naturam habemus, ipsi sunt nobis causa. Causę insuper hujusmodi nuncupantur causę efficientes, quatenus ipsęmet faciunt, ut sint actu, sive de facto, quę prius erant mere possibilia ——— Pręterea dicuntur etiam hujusmodi causę partiales quando ex parte duntaxat aliquid habuerit ex eis existentiam; totales, quando autem ex toto existentiam habuisset: causę secundę dicuntur vero omnes illę, quę hanc capacitatem prębendi vel ex parte vel ex toto existentiam, possibilibus, ab alia causa habuerint; atque proinde omnia entia contingentia ac mutabilia sunt totidem causę secundę. Dum e contra causa Prima ea est, quę talem capacitatem a se ipsa habet, sive talis est ratione suę naturę.

Principium autem illud est, a quo aliquid procedit, sive generatur; sed ad intra ipsi suo principio consubstantiale. Sic Filius genitus est a Patre, et Spiritus Sanctus procedit ab utroque, sed ad intra, cum eadem nempe natura, sive essentia. Cujus rei aliquam nos habemus similitudinem in operationibus animę nostrę. ibi enim sunt cogitationes ab ipsa mente et intra mentem ipsam manent. ibi est amor nostri ipsius, nec extra animam existit.

Quamvis vero talis sit vis principii, notandum tamen est minus proprie dici principia ea omnia, quę necessario ingrediuntur in rebus efficiendis quę naturam consequuntur ab ipsis causis diversam.

Articulus IV.

Quid Spatium, Locus, Situs; esse in loco, ac moveri: quid Ens Iners, vivens, sentiens, ratiocinans et intelligens: quidque sensus, anima, persona, atque Deus.

A. I. <u>Spatium</u> est possibilitas locandi corpora: quod spatium non occupatum corporibus, dicitur <u>vacuum</u>, sive <u>inane</u>, si vero occupatum fuerit per aliquam seriem rerum simultanearum extra se invicem positarum, sive corporum dicitur spatium <u>reale</u>, <u>actuale</u>, sive <u>plenum</u>.

<u>Locus</u> est quędam pars spatii realis, in quo aliquod ens existit in simultanearum serie. Non concipitur proinde locus spatio reali sublato, atque ipse locus est aliquid extrinsecum omnino enti aliis coexistenti. qui locus idcirco mutari potest, quin ideo ens mutetur. <u>Situs</u> vero nihil aliud est quam quędam loci ipsius pars

<u>Esse in loco</u> itaque significat in uno, potiusquam in alio loco vel situ existere; ita ut per huiusmodi existendi determinationem possit satisfieri inquirenti ubi ens sit. Notandum autem diversimmode prorsus existere posse entia in locis determinatis, pro diversitate nempe naturę. Substantię enim corporeę ita existunt in loco, ut una earum pars unum loci situm occupet, altera alterum: qui modus existendi in locis dicitur in Scholis: = Existere per circumscriptionem, sive circumscriptive = Qui modus proinde existendi competere non potest Spiritibus, qui quidem existunt in locis, sed propter suam simplicitatem nonnisi totalitate essentię in quavis loci parte existere possunt: atque hic modus coexistendi spirituum dicitur in Scholis = Existere per contactum virtutis, sive definitive =. Deus autem cum sit essentia non determinata non circumscripta, hoc est

sine limitibus, est in locis omnibus definitive: ita ut cum cętera omnia, quę sunt in loco, alicubi sint, et non alibi, ut ipse ubique locorum.

Moveri vero est de situ in situm in eodem loco, vel de loco in locum in spatio reali ferri.

Thesis B) Ens iners dicitur illud, quod externa causa indiget, si quiescit, si nempe unum occupet locum, ut ab hoc loco ad aliud transferatur, vel si movetur externa pariter causa indiget, ut vel alia directione ac celeritate moveatur, vel ab ipso motu desistat. Atque hujusmodi sunt nostra corpora.

Ens vivens dicitur illud, quod non ab alio movetur, sed seipsum movet ad agendum. Ex quo fit ut ejus motus non sit ipsi aliunde impressus, sed naturalis, sive ex ejus natura fluens, minime accidens, sed attributum. Quocirca nec lapides ex aere in terram decidentes nec flumina in mare excurrentia, dicuntur vivere, sed moveri duntaxat, cum quilibet motus vitam non constituat. Quod si corpora aquea, quę celeri motu aguntur, dicuntur viva, ut aqua a fontibus erumpens dicitur viva, et mortua si in palude vel stagno quiescat; animadvertendum est hoc fieri metaphorice nec inde viventia sed viva tantummodo dici. De cętero omnes plantę dicuntur vivere, tum ex eo, quod exterius spectatę, sese movere appareant, tum ex eo quod ex semine oriantur, quadam mole, figura ac partium textura gaudeant quibus non perturbatis, nutriuntur adolescunt ac sibi similia procreare videntur: quę de nullo corpore prędicantur.

Ens sentiens est illud, quod nedum sese movet, verum etiam ex occasione impressionum, quas in seipso a corporibus externis, vel fuit perpessum, vel patitur, variis ac miris modis sese agitat, pluresque efficit operatio-

ne

nes; quæ ad hæc duo referuntur, ad partes nempe, sive organa sui corporis, et ad impressiones, quas modo patitur, vel antea patiebatur ab extra. Hinc factum est ut ens sentiens dictum fuerit etiam ens percipiens ac cognoscens corpora externa; ac etiam memoria retinens præterita. Atque hujusmodi habentur bruta, sive animalia, quæ ratione carent. Hinc Cicero de belluis dicebat sese accommodare ad id solum = quod movetur, quod adest quodque præsens est, paululum admodum sentientes præteritum, aut futurum =. Quod si in Brutis hæc omnia fierent nonnisi ex vi aliena ac partium structura, organorumque varietate tunc ea non essent aliud quam mera automata, sive machinæ nec nisi metaphorice dicerentur eadem entia sentientia

Ens vero ratiocinans, ac intelligens est ens absolute spirituale: atque tunc dicitur ratiocinari, quando procedit de uno intellecto ad aliud, sic ex veritatibus cognitis alias cognoscere, ac quasi deducere pertentans; ita ut per ratiocinationem ens inveniatur in via inquisitionis. Quando autem fit, ut quod inquirebat inveniat, dicitur tunc ens intelligens: atque propterea ratiocinari comparatur ad intelligere, sicut moveri ad quiescere, vel acquirere ad habere. Homines proinde dicuntur rationales, ac intelligentes, quia una ex duabus quibus constat partibus, scilicet anima ratiocinantur ac intelligunt. sunt enim actiones suppositorum. Cum autem ens sentiens eo, quo dicebamus modo non sit cognoscitivum, nisi corporalium præsentium particularium, et paululum etiam præteritorum; ens rationale ac intelligens e contrario inquirit etiam, cognoscit, ac comparat spiritualia, absentia, et universalia ad marum causas usque.

C.) Quibus præmissis non difficile est nobis explanare, quid sensus, anima, persona, ac Deus sibi velint.

Et in primis sensus est illa corporis pars, quæ immutatur per impressiones in se factas a causis extra illam positis: quæ pars proinde idonea est mutari ab externis causis sive quadam aptitudine gaudet ad mutationes suscipiendas; et propterea sensus appellatur etiam = Potentia passiva = Cum autem in entibus sentientibus non quævis pars eandem habeat aptitudinem ad sese immutandam, sed alia pars ab aliquibus causis immutatur, quando ab aliis immutentur aliæ, ex hoc factum est, ut pro diversitate hujus aptitudinis Philosophi inter partem ac partem distinguerent, easque diverso nomine appellarent. Hinc quintuplex habetur sensus, visus nempe auditus, gustus, olfactus, et tactus: quæ partes etiam dici solent organa sensoria.

Anima autem nihil aliud est, quam = substantia qua ens ipsum movetur = atque quoniam plantæ vivere notantur, et bruta vivere, ac sentire; hominesque ratiocinantur triplex habetur anima, vegetativa nempe sensitiva, et rationalis: quæ hic adnotasse sufficiat.

Persona est = suppositum intelligentia donatum =, quam etiam Boetius definiebat = Naturæ rationalis individua substantia =.

Nomine tandem Dei intelligimus = Ens metaphysice identicum, nulli æquale, contrarium nihilo: Ens a se, necessarium, immutabile substantia spiritualis causa prima efficiens, Ens entium ubique existens, vita æterna, essentia essentiarum.

Articulus V.

Quid est agere, actio, terminus actionis, pati et passio. quidque potentia, actus, primus et secundus, ac hominum vires

—

A.) Ens, quando aliquid ad existendum perducit dicitur agere, motus ille, sive determinatio, qua existentiam communicat, dicitur actio: illud autem, quod ad existendum perducitur, terminus dicitur actionis.

Qui terminus actionis si extra agens vadit, ens quod terminum illum reciperet, et in quo proinde aliquid novi fieret existens diceretur pati, ejusque termini receptio est quod dicitur passio.

B.) Quid autem sit potentia, facile est intellectu, si ad memoriam revocamus, possibilitatem distingui ab existentia; nec ex eo quod aliquid sit possibile, idcirco existere. Ea porro ratio, sive vis, aut virtus, qua ens aliquod gaudet, et cujus exercitio aliquid perducit ad existendum, ipsa est potentia.

Quæ proinde alio nomine dicitur etiam = facultas sive vis agendi =. Quæ si de Deo loquamur, qui est Ens entium potentia dicitur principalis: si de entibus loquamur vita sensu et intelligentia donatis, potentia dicitur secundaria quatenus nempe Divinitus habita, si vero de entibus loquamur nulla vi propria agendi donatis, tunc dicitur potentia instrumentalis, sive organica.

Insuper cum nihil existat sine ratione sufficienti necesse est ut non modo vis agendi, sed etiam recipiendi habeatur atque hinc subdividitur potentia in activam nempe et passivam; quarum altera agere potest, altera pati.

Actus primus et secundus duplicem statum innuunt entis quod si cum possit agere, non agat tamen, tunc habetur

actus primus: si vero etiam agat, suam nempe exerceat potentiam, tunc habetur actus secundus

C) Vires tandem hominis triplicis sunt generis: aliæ nempe intellectuales quibus ratiocinari ac intelligere potest; aliæ morales, quibus intellecta diligere potest, ac amare; et aliæ corporales; quibus tum recipere potest aliorum corporum impressiones, cum alia corpora mutare.

Articulus VI.

Quid est finitum, et infinitum; imperfectum et perfectum; status viæ et termini; quidque finis et quotuplex.

A.) Ens finitum est, extra quod aliquid aliud existit, vel concipi potest. Infinitum e contrario est, extra quod nil aliud, neque existit neque concipi potest. Quapropter cum omne finitum multiplex esse possit, infinitum unum tantum datur. Hinc plures creaturæ, quæ sunt alicubi, et unus est Deus, cum sit ubique; et illæ sunt finitæ, hic autem infinitus.

Imperfectum est illud ens, quod cum sit vita donatum; attamen omnem vim suam non exercuerit; sive nempe nec egerit, nec passum fuerit pro viribus suis. Perfectum e contra est illud ens, cui vel nulla remanent amplius potentia exercenda, sive activa sive passiva; vel cui propter suam necessitatem existendi omnia sint perfecta. Cujusmodi est ipse Deus qui idcirco dicitur actus purissimus.

B) Status viæ vero, est status in quo habentur entia imperfecta, et in quo suas vires possunt exercere ad perfectionem usque. Atque hinc intelligitur quod quousque res moventur, eousque inveniri in statu viæ sive perfectionis; atque idcirco homines, cum in hac vita semper moveantur dicuntur viatores, et peregrini eorumque vita, peregrinatio.

Status termini e contra est ille, ultra quem non datur amplius progredi, sive agere. Hinc homines emortui dicuntur quiescere; et ad indicandum cum morte advenienti omnem spem adimi hominibus, de iisdem morientibus dicitur metaphorice: = Ubi ceciderit lignum, ibi erit =

C) Finis autem nomine cum Aristotele, intelligimus = id cujus gratia aliquid fit =.

Triplex porro est ipse finis; rei nempe, operantis, et operis.

Finis rei est id, quod sic rem ipsam circumscribit, ut ultra non sit. Atque hic finis convertitur cum limitibus, qui rem finitam constituunt, quibusque Deus res determinavit in creatione.

Finis autem operantis operationem præcedit mente, ut concipitur, ejusque obtinendi gratia sequitur operatio: Alio nomine propterea dicitur, videlicet intentio, et objectum; sive finis intentivus, ac objectivus: lingua nostra autem nuncupatur = il motivo, lo scopo, la mira, l'intenzione, l'oggetto =.

Qui finis operantis iterum dividitur in finem = propter quem =; in finem = cui =; et in finem = cum quo =. Primus est = cujus gratia cætera volumus, ipsum autem nonnisi propter ipsum: quod proinde primo loco appetit agens, et propter cujus adeptionem quæcunque alia operatur =. Hinc finis hic dicitur etiam principalis et summus, et ultimus etiam, eo quod nonnisi post omnia alia peracta obtineatur. Finis porro cui est persona cui aliquid desideratur: sic homine infirmus cui valetudo desideratur talis finis esset. Finis demum cum quo, sunt omnia illa, quæ eliguntur atque obtinentur intuitu finis ultimi; spe nempe obtinendi finem propter quem. Atque idcirco pariter finis cum quo dicitur etiam finis secundarius et intermedius.

Ille finis tandem cum quo operans finem suum ultimum obtineret, diceretur finis formalis.

Finis econtra operis convertitur cum statu termini. Sonat proinde idem ac cessatio ab operando.

Articulus VII.

Quid est finis naturalis, supernaturalis, particularis, individualis, generalis, et universalis; quidque bonum et malum; et qui finis habeatur

canon

A.) Finis naturalis stricto sensu est id, quod obtinetur propriis exercitis viribus. Qui finis proinde cum desit entibus inertibus singulis adest hominibus, que propriis gaudent viribus.

Supernaturalis tunc habetur finis, quando ita propriam exsuperet agendi virtutem, ut nonnisi viribus superadditis possit obtineri: qualis est v. gr. Divina fruitio.

Particularis tunc habetur finis sive naturalis ipse sit, sive supernaturalis, quando unam tantummodo substantiam incompletam ipse respiceret, puta in homine vel corpus vel animam. Quod si ens completum sive suppositum, v. gr. hominem ipse respiceret, hic finis esset individualis. Generalis vero si singulos respiceret homines.

Universalis autem est finis, cujus gratia quaecumque creata sunt: qui idcirco appellatur etiam finis creationis. Atque talis est Divina voluntas: Deus enim nonnisi quia voluit, omnia de nihilo eduxit ad existendum. Et idcirco scriptum est: = Universa propter semetipsum operatus est Dominus; ipse est primus et novissimus =.

B.) Bonum, et malum duo sunt realiter, entia, que se invicem excludunt.

Quocirca nullum datur sine ente: et quando bonum est quod convenit enti; malum est quod ipsum dedecet =

Cumque sit Ens increatum, infinitum, necessario exi=stens necessario datur bonum pariter increatum, infini=tum, dictum etiam Divina Bonitas. In creaturis autem ubicumque sit iisdem perfectio, nonnisi bonum infinitum supponi potest, et nonnisi metaphorice dicitur, Bonum sum=mum finis ille qui maxime iisdem convenit creaturis; et Malum summum finis ille qui maxime ipsos dedeceat.

Et eodem in sensu, ac eadem de ratione finis ultimus creaturarum dicitur summum bonum, et vita æterna; et infernus summum malum, ac æterna perditio

C.) Illa denique finis habetur causa, sive causa finalis dicitur, quem ens ratione præditum intendit, ac men=te præconcipit; quemque operatione nititur obtinere.

Causa finalis proinde est id, quod causam quamcum=que efficientem movet ac allicit; et quo plus efficientem causam moveret finis alicuis, a fortiori ipse habendus esset causa finalis. Patet proinde totidem causas finales esse fines omnes operantium

Articulus VIII.

Quid est lex, quid appetitus; et quotuplex u=... [illegible] utrumque ... sit.

A.) Lex est quid medium inter potentiam, et a=ctionem, inter causam et effectum, inter principium et finem; juxta enim legem agit potentia, efficit causa, ac generat principium; ita ut lex ipsa quamdam veluti vi=am sternat iisdem secundum quam suas habeat exercere vires. Serva ad illustrare ciò il disegno, che fa l'Architetto [illegible] diferisce sia dai materiali e dai muratori, come dall'edifizio da innalzare; e tuttavia addita il modo, ed apre per così dire la strada, per cui l'edifizio stesso effettuare Merito proinde lex definiri solet juxta Aquinatem = Ordo re=rum in fines suos = Vel etiam = Regula agendi =, sive norma actionis.

Tempus ac norma Cuilibet explanat.

Appetitus vero est lex rebus creatis inexistens, easque informans ac regens. Ac proinde recte definitur ab ipso D. Thoma = Non nuda potentia, nec actus, sed quædam inchoatio actus = et a Leibnitio = Conatus actum quemdam continens =; et communiter = Inclinatio cujuslibet rei in aliquid =.

B.) Multiplex, ortu utrumque est, lex nempe et appetitus.

Dividitur enim imprimis lex in æternam, ac creatam: illa est Divina Sapientia, juxta quam omnia quæ vult operatur Deus; ipsa necessaria ac infinita. Creata vero quævis lex dicitur quam Deus creaturis suis fuerit impertitus.

Subdividitur lex creata in partialem, individualem, genericam ac universalem, pro diversitate nempe eorum quæ ipsa dirigit ac informat. Subdividitur iterum in physicam, moralem, et intellectualem. Physica entia inertia dirigit; moralis entia libertate donata informat eisque viam aperit ad perfectionem usque: intellectualis vero est, qua veritates cognoscuntur, quæque proinde mentem veluti illuminat.

Dividitur denuo lex creata in naturalem supernaturalem, humanamque. Naturalis est quam Deus cum existentia omnibus indidit creaturis, ac veluti insculpsit: supernaturalis, dicta etiam positiva, est quam Deus ipse creaturis rationalibus jam existentibus superaddidit, cujusmodi fuere leges Mosaicæ: humana vero lex est, quam homines lege naturali muniti condunt, cujusmodi sunt complures leges domesticæ, civitatis, et regni. Atque proinde dici solent leges humanæ totidem derivationes, sive deductiones legis naturalis.

C.) Appetitus autem bifariam dividitur, in rectum nempe, et corruptum.

Rectus dicitur ille appetitus qui inclinat ad debitum

actum et finem. Corruptus vero tunc dicitur, quando vel ad actum, vel ad finem non suum inclinat.

Et qui in homine habentur appetitus corrupti, appellantur septem peccata capitalia vel communi nomine dicuntur concupiscentiæ, passiones et fomes peccati.

Articulus IX.

Quid libertas, actus hominis et actus humani; quid casus, et fatum, quidque Providentia

A.) Libertas est = Potestas sui actus ad opposita = (Aquinas): et alia est finis, alia legum, alia exercitii. Habetur prima, quando sit in potestate agentis unum præ alio fine eligere: secunda habetur quando ad aliquem propositum finem obtinendum, sit in potestate agentis unam legem præ alia eligere. Tertia habetur, quando finibus, ac legibus propositis, possit adhuc agere, vel non agere; atque hæc libertas est, quod dicitur liberum arbitrium.

Actus hominis sunt motus in homine facti, sed sine ejus deliberatione, sine suæ libertatis exercitio. Hinc motus hujusmodi, qui fiunt in ipso, sive vigilanti, sive dormiente, sunt motus indeliberati, prorsus mechanici, in scholis dicti: = Motus primo primi =.

Actus humani e contra sunt motus ab homine per suæ libertatis exercitium eliciti. qui idcirco dicuntur etiam motus voluntarii, ac deliberati prævia nempe cognitione ac voluntate facti.

B.) Casus est aliquid effectum sine causa, sive aliquid ex nihilo, vel ut aliis utamur verbis, casus esset impossibilitas existens. Communiter vero casus nihil aliud est quam = Effectus, cujus causæ ignorantur; hinc res omnes quæ contra ac credebantur aliquando eveniunt, dicuntur casu evenire, et res casuales, sive fortuitæ, et inde orta est Fortuna in mente poetarum.

Fatum autem est = Lex necessitans, omnem prorsus auferens libertatem =; quod proinde dicebatur a Boetio: = Rebus[4] mobilibus[5] immobilis[1] inhęrens[7] dispositio[2] =.

E quadruplex fuit assertum fatum, Epicureorum nempe, Stoicorum, Pantheistarum et Astrologicum. Epicurei enim athomis sive elementis materię tribuunt ęternum et ineluctabilem motum per infinitum spatium, sive inane: qui athomi postea fortuito concursu inter se cohęrentes efformaverunt mundum. Stoici omnia humana ex ineluctabili ordine causarum divinitus constituto fieri tradebant. Pantheistę, duce Spinosa, qui mundum ipsum dictitarunt esse ipsam Dei substantiam, mundique mutationes esse totidem Dei ipsius modificationes, omnia pariter ferrea quadam necessitate fieri effutierunt. Astrologi autem post Assyrios, et Chaldęos dixerunt absoluta necessitate omnia sublunaria evenire ex situ, et immutabili influxu syderum.

C.) Providentia denique est ipsa Dei sapientia, et ęterna lex, juxta quam omnia quęcunque creata sunt, ad debitum actum et finem ordinantur.

Hinc etiam brevius dici solet Providentia: = Ordo rerum in fines suos =

Articulus X.

Quę sunt res verę, et quę falsę: quid veritas et falsitas in rebus, quidque veritas absoluta ac hominum ratio

---

A.) Res sunt verę, quando sunt factę secundum intellectum, a quo dependent: sic dicitur domus vera, quę assequitur similitudinem formę, quę est in mente artificis, a quo dependet.

E contrario res sunt falsę, quando deficiunt ab intellectu, a quo dependent; unde dicitur artifex opus falsum facere quando deficit a forma artis, a qua in agendo dependet.

B.) Veritas proinde in rebus nihil aliud est, quam rerum ipsarum = adequatio cum intellectu, ut a principio a quo ipsę dependent = La verità quindi di una copia è la conformità della medesima col suo originale; e la verità di un vestimento è l'uguaglianza sua col modello o sia col piano, secondo cui ha deciso di vestirsi l'uomo

Falsitas e contrario est dissonantia rerum ab intellectu, sive a forma, a qua dependent. Hinc intelligitur, quomodo res non possint esse plus, minusve veras, ac una tantummodo sit veritas in rebus: dum e contrario, cum res nedum in una, verum etiam in pluribus possint deficere, evidens est, res dari posse plus, minusve falsas. Et cum sit Deus infinitus, sequitur pariter in operibus ejusdem, numquam cadere falsitatem.

C) Quibus praejactis facile erit nobis cognoscere, quid sit veritas absoluta. Verę non sunt res, nisi quatenus assimilantur perfecte, sive adequantur illi formę, sive ideę agentis a quo dependent. At omnes causę secundę dependent a Deo. Deus igitur est veritas absoluta, sive exemplar et prototypum rerum omnium. Hinc Divina Sapientia, Lex ęterna, ac veritas, convertuntur ad invicem

Nec pariter difficile erit nobis explanare quid sit hominum ratio

Perspicuum enim jam nobis est, nullatenus posse dici res aliquas veras, aut falsas, ac nullum omnino judicium ferri posse de rerum veritate, ac falsitate, nisi res easdem comparando cum suo exemplari; nisi scilicet per rerum earundem comparationem ad intellectum, a quo dependent, ac nonnisi proinde per aliquam cognitionem, sive participationem intellectus, a quo res ipsę dependent. Atqui nos rationis auxilio veritates deprehendimus: ergo ratio nostra est quędam participatio veritatis, sive prototypi, a quo res dependent.

Articulus XI.

Quæ res bonæ, et malæ; quid bonum, et malum in rebus; quid honeste ac turpiter agere; habitus, virtus, vitium, gaudium; dolor, et utile; quidque sit sese perficere ac Deo assimilari.

A) Ens a se est res bona, ac quidem essentialiter. entia vero contingentia, sive creata, mentia nempe, viventia, sentientia, et rationalia, tunc sunt bona, quando ea possideant, quæ ad finem debitum obtinendum sint ipsis necessaria. Ac proinde mala sunt, si ejusmodi necessaria in ipsis deficerent.

Cic. Attic. lib. 10.

Nihil bonum, nisi quod honestum, nihil malum, nisi quod turpe.

Bonum propterea in rebus est earundem proportio cum debito fine; ac malum in rebus est ejusdem proportionis defectus. Quod bonum in rebus, si ipsæ considerentur in actu primo, dicitur Natura; si res considerantur in actu secundo, et propria vi fuerint operatæ, puta homines, dicitur tunc bonum morale; si vero res ipsæ considerentur in statu termini, et libertate fuerint præditæ, tunc bonum in rebus dicitur merces, sive præmium, ac pax sempiterna, sive Paradisus. Malum vero contrarium naturæ dicitur malum physicum, contrarium bono morali dicitur malum morale, peccatum et culpa contrarium tandem æternæ paci, sive Paradiso, pœna æterna dicitur ac Inferi.

Ex quo intelligitur nec bonum morale, nec merces, nec mala contraria dari posse in omnibus illis entibus, quæ etiamsi operari videantur, nulla tamen vi propria, ac libero arbitrio operantur. Cujusmodi apparere non dubitamus omnia corpora, atque plantas, et vel ipsa bruta.

B.) *Honeste agere* est, *deliberate* proprias exercere vires ad debitum finem obtinendum, ac secundum debitas leges. *Turpiter agere* e contra est deliberate, ac voluntarie deficere a debito fine vel lege. Hinc honeste agere est bonum morale efficere: turpiter vero agere est malum morale perpetrare, est peccatum committere, sive culpam contrahere; propterea enim peccatores transgressores habentur legis.

Habitus est quędam facilitas, quę per repetitionem eorundem actuum contrahitur ad eosdem actus producendos: nec aliud est *virtus*, nisi facilitas illa, quę utique contrahitur in honestis actionibus patrandis; dum *vitium* facilitas illa est, quę in turpibus actionibus repetendis contrahi solet.

Gaudium, et *Dolor* sunt de re pręsenti, nec nunquam simul esse possunt, utpote duo contraria. *Gaudium* porro, sive delectatio est quies appetitus propter pręsentiam finis, in quem tendebat; dum *Dolor* est quietis ipsius defectus, sive concitatio propter pręsens obstaculum finis consecutionem impediens.

Et pro diversitate humanarum potentiarum delectatio dividitur in *sensibilem*, *moralem*, et *mentalem*. Delectatio *sensibilis* est = in conjunctione convenientis secundum sensum, tactu tantum = major est in ętate juvenili, quam virili; et in ipsis juvenibus, aut viris major est in illis, qui vel abundant sensu, et deficiunt intellectu, vel habitum contraxerint in eadem inquirenda. Delectatio hęc dicitur etiam voluptas, et mollities, ejusque fautores voluptuosi, et molles: constat insuper experientia deliciis hujusmodi, et maxime venereis mentem infirmari ac animum hebetem fieri. —— Delectatio *moralis* est quam viatores experiuntur honeste vivendo; et Comprehensores finem ultimum adepti. —— Delectatio denique *mentalis* magna est, quam experiuntur homines ratiocinando, major intelligendo, maxima

autem in Deo ipso contemplando. _Utile_ est quod conducit ad finem: quoniam autem finem suum habeant nedum appetitus recti, verum etiam appetitus corrupti, factum est quod aliqua dicantur utilia, etiamsi non sint honesta. Attamen hoc nonnisi improprie evenit; quævis enim utilitas, quæ obtineri possit turpiter vivendo, cum detrimentum pariat suum quoad ultimum finem, nonnisi inutilia, ac indigna admodum semper habebitur a sensato viro. Hinc inter philosophos debet admodum locum obtinuisse distinctionem hujusmodi honestum inter, et utilem: nonnisi honesta igitur, sive justa aut sancta utilia dicemus in actibus humanis; cætera omnia nonnisi noxia.

C.) _Sese perficere_ tandem dicuntur illa entia, quæ vi agendi propria cum sint donata, vim eandem exerunt atque exercent ob debitum finem ac legem. Intelligitur propterea Deum sese non perficere, infinitum enim in melius mutari nequit: nec sese perficiunt omnia illa entia, quæ potentia quidem passiva gaudent, non autem activa, puta corpora, plantas et bruta ipsa; quæ omnia solummodo perficiuntur cum nulla gaudeant libertate 137
sed homines sunt, qui cum duplici potentia passiva nempe, et activa gaudeant, non solum vi aliena perficiuntur, verum etiam vi propria sese perficiunt.

Aliquid porro alii _assimilatur_, quando secundum ejus voluntatem sese habeat, ac dirigat. Deus nedum est causa efficiens, a quo existentiam habuerunt omnia verum etiam est causa finalis, propter quam omnia facta sunt, et causa _exemplaris_, juxta quam omnia pariter ordinata sunt. Quæ igitur sive aliunde perficiantur, sive sese perficiant, Deo ipsi assimilantur, quatenus juxta ejusdem voluntatem sese habeant, ac dirigant. Honeste propterea vivendo homines Deo ipsi assimilantur.

Articulus XII

Quod veritas, et bonitas convertuntur: quid malum metaphysicum, quidque principium bonum, et principium malum; et quę sunt res physicę, morales, et metaphysicę

--

1.) Veritas, et bonitas, si fiat sermo de Deo, convertuntur; alterutra nempe de altera prędicatur, cum sint unum cum Deo: quę enim conveniunt uni tertio, conveniunt inter se.

Si enim fiat sermo de creaturis, cum aliqua restrictione hoc est nobis intelligendum. Enimvero nullum ens vel aliena vi perficitur, vel sese perficit, bonum scilicet evadit, nisi eam decurrendo viam, quę ad finem suum illud perducat; nisi proinde operationibus regulatis, operando videlicet juxta leges intellectus, a quo dependent: In creaturis propterea quidquid bonum est, illud etiam verum. Non autem quidquid verum est, illud etiam bonum est quoad homines; in Inferis enim luunt pœnas damnati secundum justitiam, secundum veritatem, nec ideo se bene habent.

2. In Divinis igitur verum, et bonum convertuntur; in humanis quidquid bonum est etiam verum, quoad homines ipsos, quando quoad Deum, omne etiam verum sit bonum.

3.) Malum metaphysicum dicitur illa distantia, quam creata omnia a suo habent Creatore. Cum enim unum duntaxat esse possit ens primum et infinitum, cętera omnia necessario quavis infinitate carent. Quod malum metaphysicum proinde quam maxime differt tum a malo physico, tum ab illo morali

Principium autem bonum, et principium malum, duo sunt entia, alterum reale, et existens, alterum autem prorsus fictitium.

Principium bonum est ipsemet Deus, ens entium, intrinsece ac essentialiter bonum, causa prima efficiens, causa ultima finalis, et causa archetypa exemplaris: quę ideo principium bonum appellatur quia exinde omnia bona creaturarum.

Principium e contra malum est figmentum, quod somniarunt Manichęi ad originem assignandam malorum physicis, tum moralibus, quę in creaturis apparent. Atque illud effingebant summa ac infinita malitia donatum, a se subsistens, diversum a principio bono, atque illi infinite contrarium: perperam autem ita commenti sunt; duo enim entia infinita repugnant, nec ullum datur malum sine aliquo bono, quęvis nempe entia mala aliquid bonum habent.

C.) Quid tandem sint nobis res physicę, res morales et res metaphysicę, dicimus

Res physicę ab aliquibus ea dicuntur, quę sub sensibus cadunt: v. gr. corpora, plantę, bruta, et cętera hujusmodi: quę proinde sunt in loco per circumscriptionem, et partibus constant, in quas dividi possunt. —— Res morales ea dicuntur, quę spiritus respiciunt, spiritualia quidem, ac creata omnino. —— Res vero metaphysicę, sunt rerum essentię, prorsus ęternę, ac juxta eosdem inconcepibiles.

Nos autem sub nomine rerum physicarum ea omnia intelligimus, quę naturam cujusque entis existentis constituunt; ac proinde accidentia, attributa, ac substantias quascumque nos appellamus res physicas: atque ideo hujusmodi habemus quidquid fuit primitus creatum a Causa prima efficienti.

Morales res e contra ea omnia dicimus, quę facta fuere a causis secundis liberis, ac ea omnia quę eidem e-

venient in statu termini; atque proinde cujuis hominis appropinquatio ultimo fini, res est nobis moralis. Hinc res morales nobis sunt cuncta bona, sive moralia, sive mercedis, et omnia mala sive moralia, sive Inferorum.

Res denique *metaphysicas* nos appellamus leges omnes naturales, sive supernaturales, sive æternas, quas alio nomine dicimus etiam = rationes rerum =.

22 m. Feb.

an 1831.

2 die mens. julii
1832

Proemium.
in Universam Philosophiam.

Pars Prima
ONTOLOGIA

Caput I.
De Mundo sive Cosmologia.
§. I

N. 1. Minerali da [illegible], quanti, [illegible]
N. 2. Vegetali, [illegible], quanti, [illegible]
N. 3. Animali ec. — —

§ II.

N. 1. Firmamento, stelle, pianeti [illegible]
N. 2. Moto del sole, luna, la terra
N. 3. Anno naturale, [illegible], Semi-produzioni.

§. III

N. 1. Punti di contatto, e relazioni tra i tre Regni.
N. 2. Dipendenza dei tre Regni dall'ordine degli [illegible]
Atque ex hoc dignoscitur quam nos de substantiis definitionem damus, mediam incedere inter illam, quam aliqui Philosophi porrigunt [illegible] = Substantiam esse quidquid est = [illegible] inter aliam quam Leibnitius, et Vico dedere dicentes, primus ex. gr. = Substantiam in agendi patiendique vi consistere = (Leibn. venat. n. 9), qui etiam [illegible] nos

a) Substantia et suppositum conveniuntur: [illegible] cum accidentibus supponuntur.

b) = Naturæ nomen primo impositum est ad significandam generationem viventium quæ dicitur nativitas. Et quia hujusmodi generatio est a principio intrinseco extensum est hoc nomen ad significandum principium intrinsecum cujuscumque motus. Et [illegible] quia per formam [illegible] completur essentia uniuscujusque rei communiter essentia uniuscujusque rei vocatur natura = D. Th. 2. 8. q. 29. ar. 1. ad 4.

qualitates dicebam in attributa definiebat esse = Unum substantiatum: quoddam nempe organum ipsius substantiæ, ac machina quod substantiatum nasci, et perire posse, et mutari asserebat (Id. Epis. ad Patr. Bos.). Alter vero, Joannes Baptista Vico nempe, sic substantiam definiebat: = Sostanza in genere dico ciò, che sta sotto, e sostiene le cose; indivisibile in se, e divisibile nelle cose, che essa sostiene; = cioè negli attributi = e sotto le divise cose quantunque disuguali, vi sta equalmente = (Vico).

Animadvertendum autem juxta nos substantiam D. Op. Max. esse per excellentiam; = Quoniam ex ipso et per ipsum, et in ipso sunt omnia = (Ad Rom. XI. 36).

C.) Nomine autem Individui nos intelligimus quamcumque substantiam dummodo inter alia attributa, vi etiam agendi polleat. Quo in sensu nomen Individui idem sonat ac Suppositum; atque hinc ortum habuit illud proverbium = Actiones sunt suppositorum =.

Ex quo colligitur etiam, nos nomen Individui singulis [illegible] substantiis denegare quæ [illegible] careant. [illegible] insuper volumus de ratione Individui esse ut sit [illegible] unum a quocumque alio diversum

3.° Quid materia, corpus, et spiritus; quidque sub-stantia vivens sentiens et rationalis.

A.) Nomine materiei nos significamus substantias quascumque, quę sunt inertes, hoc est sine arte; sine vi nempe agendi, hoc est mere passivas. Hujusmodi sunt ex nostra sententia unitas, puncta mathematica, ac ipsa mineralia, quę etiam in scholis corpora inorganica dicuntur.

Nomine autem corporis omnes substantias nos significamus materia inorganica gaudentes, quę hoc vel illo accidenti sunt modificatę. Quęque etiam substantię vi aliqua agendi sunt donatę, et quarum singulę proinde sunt totidem individuas.

Quando sub nomine Spiritus eas substantias intelligimus, quę [illegible] extra partes careant et nedum vi agendi polleant, sed [illegible] [illegible] conscientiam quoque obtineant. [illegible] nomine substantię partibus tantum carerent, et hujusmodi conscientia essent destitutę, simplices substantias, sive entia simplicia illas dicimus, nullatenus vero Spiritus.

B.) Quibus pręactis en quę sub nomine substantię viventis, sentientis et rationalis nos ipsi intelligamus.

Sub nomine substantię viventis eas omnes nos intelligimus substantias quę sive corpus habeant sive non, [illegible] tamen [illegible] [illegible] perdurant vel aliquod tempus, quo transacto, pereunt vel in ovum. Sic plantę sic bellu[illegible]

et homines ipsi.

[illegible] si substantia impressionibus, quas ab aliis circumstantibus substantiis patitur, respondeat, eisque conformiter vires suas exerat; substantiam sentientem eam dicimus et hujusmodi [illegible] singulas belluas.

[illegible] substantia vivens, et sentiens nedum [illegible] varietate quas [illegible] impressionum ipsa vires suas [illegible], ac exerat, sed [illegible] per cognitionem veritatum necessariarum ipsamet agat ac sese dirigat [illegible] substantiam viventem, sentientem ac rationalem eam habemus hujusmodi sunt homines. Si vero aliqua substantia ad instar spiritualis ageret, licet corpore non esset [illegible] ipsa simplex spiritus dicitur; hujusmodi sunt Angeli et Deus [illegible] excellentiori et infinito modo.

4.° Quid substantia contraria dissimilis similis et equalis: quidque identica, et quid sit contrarium enti.

1.° Contrarie, dissimiles, similes, et equales dicuntur substantie non absolute, sed relative; hoc est non relate ad ipsas, sed comparative ad alias substantias.

Et primo quidem ea substantia est contraria, que tali polleat attributo quod [illegible] se excludat aut ut melius dicamus quod stare nequeat cum uno, vel plurimis attributis alius substantie cui comparatur. [illegible] simplex substantia, hec est contraria substantie corporee [illegible]

organismum excludit, sive stare nequit cum compositione.

Dissimilis est ea substantia quæ qualitates, quas ea alia substantia cui comparatur possidet, ipsa vero non haberet. Similis illa dicitur, quæ in plerisque, vel aliquibus attributis substantiis sibi comparatis convenit. Quod si in omnibus ipsa conveniret, æqualis foret; numero tantummodo distincta: sic duæ guttæ aquæ, ejusdem magnitudinis, sunt sibi æquales.

β Identica vero dicitur substantia tantum comparata ad se ipsam.

Si ergo una substantia, facta comparatione accidentium, quibus subest et attributorum quibus hic et nunc gaudet cum accidentibus et attributis, quibus antea gaudebat ipsa inveniatur nullimode mutata; tunc ipsa est eadem, sive Identica. Animadvertendum autem est quod substantiæ creatæ dicuntur eædem etiamsi facta fuerit aliqua mutatio in suis accidentibus, vel etiam aliquid obtinuerint ad quod obtinendum erant natæ. Sic homo infirmus dicitur idem, qui paulo ante bene valebat et homines adulti ratione utentes dicuntur iidem qui nec loqui, nec ratiocinari poterant infantes. Deus tantummodo nulli subjacens mutationi est semper idem in tota extensione termini. Quod si creaturæ non obstantibus dictis mutationibus, identicæ tamen spectantur, hæc identitas dicitur moralis, ad distinctionem [illegible]ricalis quæ metaphisica dicitur.

C) Quod tandem sit contrarium enti nisil absolvitur.

Non falsum, non malum, quę sunt res relativę entibus, quę competunt creatis sunt contraria enti; sed contrarium enti est non ens, sive nihil.

3.° Quid potentia, effectus; passio, et actio: quidque causa, et quotuplex.

A) Potentia est vis agendi (sive principium mutationis juxta Leibnitium) quod etiam dicitur facultas faciendi, ut sit aliquid quod non erat. (io non son persuaso: nè dico altro, che esser forza sine arte: come i materiali delle case)

Quę res quęcumque cum sit ab alia facta dicitur effectus: et quidem internus, si in re ipsa, a quo ortum habuit remaneat; si vero extra iverit, effectus externus dicitur.

Qui effectus externus si aliqua substantia in se ipsa illum perceperit, in hac substantia percipienti spectatus dicitur passio. Si vero internus fuerit et propria agendi vi productus dicitur actio ad distinctionem illius

B) Nomine autem causę, quęcumque substantia venit, quę vi sua propria aliquem generatur effectum sive internus ille sit, sive externus.

Multiplex porro est: materialis nempe, et efficiens; particularis et totalis; necessaria et libera.

Materialis causa est ea, ex qua veluti ex præexistenti subjecto aliquid fit; cujusmodi sunt lapides et ligna, ex quibus præexistentibus efformantur statuę. Efficiens vero causa est ea, quę vires sibi naturales, sive innatas exerendo, vel etiam in aliena materia exercendo aliquem effectum producit. Sic homines vi cogitandi sibi propria cogitant, ac ratiocinantur, et effectus producunt, quos alię substantię percipiunt.

Particularis causa dicitur ea, quę ex seipsa aliquam tantum de effectu habuerit partem. Quod si totum sola vi sibi propria produxerit effectum, causa habetur totalis. Et hic animadvertendum causam quamcumque occasionalem, quę per accidens simul cum aliis ad operandum concurrit, et causam quamcumque remotam et proximam, quę totum effectum, una disjuncta ab alia, nusquam operantur; et causam quamcumque insufficientem sic dictam sub nomine particularium causarum semper venire. Nec aliud quam particularis causa est ea quę dicitur = Conditio sine qua non = quę etiam dicitur concausa, quia ad productionem effectus cooperatur principali causę. Quod si quæris causa particularis hoc unum ageret, sine quo effectus esse posset, causa per accidens dicenda esset.

Necessaria autem causa est ea, quę positis omnibus ad agendum requisitis non potest non agere; dum econtra ea est causa libera, quę positis

omnibus ad agendum requisitis, potest agere, et non agere.

6.ª Quid partes quid totum, et quotuplex; quid finitum, et infinitum.

A.) Partes sunt illę, quę simul aliquid constituunt; et totum est illud quod illis constat, non tam ad instar effectus, ut est ex causa materiali, et a causa efficienti, quę proinde causę aliud sunt ab ipso effectu; sed totum ita est cum partibus suis, ut hę unum sint cum illo.

B.) Triplex autem est totum: metaphysicum, nempe, physicum, et morale sive ordinis.

Et metaphysicum qualitatibus veluti partibus distinctis inter se constat; sed non unitis; sic erunt entia simplicia, sic est spiritus. Hujusmodi nempe sunt substantię simplices, et spirituales

Totum physicum autem partibus constat inter se destinctis, et unitis; hinc totum physicum est habendum tam illud quod simplici ac corporea substantia constaret veluti horologium; quam quod spirituali et corporea, uti sunt homines.

Totum morale sive ordinis denique est illud quod corporibus, aliisque substantiis individuis constat: sic totum morale est exercitus et ipse Mundus. Hinc est quod Aquinas tradebat: = Totum universum est unum ratione ordinis secundum quod inferiora reguntur per superiora = (1. 1. pag. 103. 3. 0.).

Ex quibus patet, quod etiamsi unumquodque totum partibus suis pereuntibus periret illud oporteret, attamen primum est indivisibile, quia partibus constat non unitis; secundum in partes cum ejus natura dividi potest, cum sint unitæ et tertium per divisionem utique perit, non sic tamen ejusdem partes cum sint individua.

c) Finitum dicimus tandem illud ens, quod limitibus circumscribitur et augeri potest: quando illud ens infinitum habemus, quod econtra nec limitibus circumscribitur nec possit augeri.

7.° Quid sibi velit finis, et quotuplex sit, quidque rerum bonitas, et perfectio.

A.) Tria nomen finis significat, cessationem rei nempe ab existendo, [illegible] negotiorum quæ egrent substantiæ, viventes sentientes rationales [illegible] ipse Deus, et tertio loco significat = Id, cujus gratia aliquid fit = quod lingua nostra dicitur = l'oggetto, il motivo, lo scopo, la mira, e l'intenzione =.

Qui finis mente præconcipitur, ac deinde operatione consequi satagitur; et de fine hoc in sensu accepto verba facimus. Atque hujusmodi [illegible] voluptates, divitiæ, ac honores, quorum gratia tot, ac tanta fiunt ab hominibus.

b.) Quique finis multiplex est; medius nempe, et ultimus; principalis, et minus principalis, atque naturalis, universalis, et supernaturalis.

Et medius est ille finis = cujus gratia aliquid fit, sed propter aliud = [illegible] [illegible] [illegible] ac honores ad valetudinem tuendam concupita totidem essent concupiscenti fines medii.

Finis ultimus vero est = cujus gratia omnia fiunt = propter quem nempe, ajebat D. Augustinus = cetera volumus: ipsum autem nonnisi propter ipsum = (De Civit. Dei l. 8. c. 8.). Qui finis proinde est causa, cur res omnes medii [illegible] omnesque actiones imperantur atque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] concipiatur primus est in mente, sive in ordine intentivo aut ut alii loquuntur in intentione; cumque ad ipsum finem ultimum consequendum necessaria sint aliqua intermedia, videlicet fines medii, ac operationes, fit manifestum in postremo loco ipsum obtineri. Unde illud proverbium exortum est = Quod primum est in intentione, ultimum est in executione hoc est in ordine executivo =. Et hec fuit causa cur ultimus finis fuerit [illegible] [illegible] ac [illegible] appellatur etiam finis summus, quod nempe o[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] complectatur tamquam omnium centrum.

Principalis autem est ille finis quem consequi pre aliis intendimus [illegible] ut si alteri abessent nihilominus ab opere non essemus cessaturi. Et minus principalis est ille finis ob quem, illo altero absenti non ageremus. Qui etiam

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] esse aliquo modo judicae
[illegible]

dicitur finis secundarius, et accessorius: atque patet in ordine intentivo primum esse finem principalem, secundo minus principalem

Finis naturalis est ille, ad quem consequendum fuit facta quævis substantia: ad quem finem si singulæ substantiæ natura sua essent factæ, universalis diceretur: quique finis sive individualis sive universalis statim ac solis naturæ viribus acquiri non potest supernaturalis dicitur.

c) Quibus præactis, facile est intelligere quid sit rerum bonitas ac perfectio.

Rerum bonitas est earumdem convenientia cum finibus suis: ita ut proinde quæ vires ejusmodi sint, ut earundem exercitio ad fines præpositos obtinendos illis sufficiant substantiis, quibus insint, hæ vires dicendæ sint bonæ quemadmodum boni fines medii sunt illi, quorum ope finis ultimus obtineatur: et actiones quæcumque pariter habendæ sunt bonæ, quibus præconceptus finis o[illegible]netur. Cum econtra ubi, vel vires, vel fines medii, vel ipsæmet actiones finibus suis non responderent malæ, ac vitiosæ haberentur.

Perfectio tandem rerum in consecutione finis consistit et quidem ultimi. Quem finem quousque res non obtinuerint continuo erunt imperfectæ: finis autem omnium rerum est bonum infinitum, Deus nempe.

of { naturalis / supernaturalis } subdividuntur in { specialem, et individualem / universalem

8.° Quid lex, et quotuplex; quidque principia ac Providentia, et quid rerum veritas, ac falsitas.

A) Lex est quid medium potentiam inter, et effectum (D. Tho. l. 3. cont. Gen. c. 97.) ...ve = Inter facultatem agendi actionemque ipsam = (Leibn. de 1.ª Philosophiæ emend.) ita ut ipsa lex nec sit nuda potentia, nec actus; sed quædam hujus inchoatio, et quasi actus (D. Thom.) quam scholastici etiam formam dicebant: et ipse Leibnitius post et: quinatem = Conatum, actum quemdam continentem = appellabat, et = vim activam = et exemplis gravis suspensi aut arcus tensi illustrabat (Id. ibid.).

Unde manifestum est legem definiri posse tum = Ordinem rerum in finem = (D. ... 1. 2. q. 22 art. 2.) tum = Rerum inclinationem ad debitum actum, et finem = (Id. ib. q. 91. art. 2.); atque proinde juxta legem nedum omnia fieri patet, sed etiam perfici debere: ita ut lex generatim sumpta sit = forma exemplaris, juxta quam res fiunt, et cognoscuntur =.

B) Ipsa autem lex sumitur ... est scilicet lex æterna, naturalis, divina, humana et fomes peccati (D. Th. 1. 2. q. 91 ...).

Lex æterna, quæ nempe nullum habet initium est prima et summa ratio rerum, juxta quam proinde quæ sunt et erunt, ordinata sunt. Quæ est in mente Dei, ac dicitur communiter Divina Sapientia, ac Veritas per excellentiam.

Lex naturalis est illa inclinatio, quam cujusvis substantia a natura habet in debitos actus et fines ad sui perfectionem. Quæ eatenus est ne ...

quatenus juxta ipsam tantummodo substantię vires suas exerendo se ipsas perficiunt. Quę lex si ab individuis prętereri nequeat phÿsica dicitur; cujusmodi sunt leges, juxta quas plantę crescunt, ac sentiunt animalia. Si vero ipsa naturalis lex declinari possit ab aliquibus individuus moralis appellatur; quemadmodum est inter homines quorum leges morales solent immo venire sub nomine Sÿnderesis

Lex Divina ea est, quę prӕter naturalem fuerit hominibus Divinitus tradita. Hujusmodi sunt complures leges, tum Veteris, tum Novi Fęderis hominibus traditę. Sive naturalis autem, sive Divina lex cum omnium legum radix sit, et fundamentum, lex illa ęterna est quędam participatio legis ipsius ęternę; quinimmo per legem Divinam lex ipsa ęterna altiori modo participatur ab hominibus, quibus fuerit tradita (S. Th. 1. 2. q. 91. art. 4.).

Humana vero lex est quędam derivatio ex lege naturali ab hominibus facta sicut conclusiones ex principiis quę sunt. Dividitur autem hec lex in Ecclesiasticam, Civilem, et Familiarem, prout ii qui ex lege naturę ipsam derivaverint, vel ad Sacram Hierarchiam, vel ad Magistratus civiles vel ad Patres familias spectaverint.

Fomes tandem peccati est quędam inclinatio, qua homines non ad debitos actus, ac fines trahuntur, quę proinde legi naturali adversatur; quam homines sequentes in deterius ad ruinam usque pergerent. Atque idcirco fons

erroris, ac mali omnis radix dicitur etiam: et communiter lex ista appellatur etiam cupiditas, concupiscentia, caro, et vulgo libido et passiones. Ex ex his intelligitur quid nos [illegible] lex, qua caro concupiscit adversus spiritum, quam singuli homines patiuntur; ac quid sibi velint duo hęc verba = Appetitus corrupti =. Qui fomes peccati dicitur etiam lex = in quantum est pœnalis et ex lege Divina hominem consequitur peccatorem = (S.Th.)

C.) Quibus rite perpensis difficile non erit nobis intelligere quid sub nomine principiorum, ac Divinę Providentię veniat.

Principia igitur nihil aliud sunt quam leges ipsę de quibus verba fecimus. Ipsa sunt inchoationes rerum (S.Th.), sive rationes (S.Aug.), sive formę (Kant) iuxta quas res fiunt ac dignoscuntur.

Multipliciter proinde dividuntur. Lex enim æterna est primum principium, sine principio, de quo cum Tacito dici potest: = Forma mentis ęterna = (ac ita Agricolę), quę est ipse Deus. Atque ex hoc principio omnia alia existunt; = Sicut, advertebat Augustinus ab una facie resplendent multę similitudines in speculis =.

Leges vero naturales sunt principia tum rerum tum cognitionum rerum earundem, tum etiam demonstrationum rerum ipsarum cognitarum; et = singula probari nequeunt, nec probatione indigent = (Leibnit.) Unde merito clarissimus de Maistre illa dicebat: = Anteriori, evidenti, non di:

1 Leggi di principii — Principii secondo cui loro le [illegible]
[illegible]
2 [illegible] Romanita
[illegible]
3 Leggi di [illegible]

mostrabili cause rispetto alla conclusione........ fondamenti d'ogni dimostrazione = Il Cont. Gius. De Maistre le veglie di S. Pietro Burgo tom. 2. trat. 6.) Hæc principia relate ad homines, in speculativa vel theorica, et in practica sive moralia dividi solent: illa sunt fontes preceptorum in artibus et scientiis, de quibus Seneca scribebat = Natura vobis semina scientiæ dedit scientiam non dedit = (Sen. Ep. 120). Sic principium speculativum est sequens = Idem non potest simul esse et non esse =: quod Nicolaus Spedalieri Leibnitium imitatus, et Divum Aquinatem nominat = Assioma che per noi è il fonte della certezza metafisica, ed il fondamento di tutte le scienze = (Analisi dell Esam. crit. ecc. v. 4. cap. 12 art. 2. p. 21). Principia vero practica sunt regulæ primæ morum innatæ, quibus justa et injusta, honesta et inhonesta, æqua et iniqua discernuntur et radix sunt leges humanæ. Quæ principia nonnulli etiam appellant = Istinto morale = (De la Luzerne). Cujusmodi esset hoc principium = Bonum est amandum =.

Principia nequomodo in utraque speculativa nempe et practica ulla esse admittenda dictitabant antiquitus Academici et Pirronici: ipsorum antiqui naturales substituebant Motum: Plato cum suis aspectis, ideas æternas per se ipsas subsistentes; Aristoteles, differentias animæ; Augustinus, rationes æternas; Cartesius, ideas innatas; Lokius cum suis, sensationes; Kantius demum, formas categoricas. Quid nos, etiamsi ex dictis, quid sentiamus, pateat; attamen

adjungimus, nec omnia quę scholę propalarunt principia; nec nulla ut antiqui naturales et Lokeani quibus nullus demonstrationis locus remanet.

Leges vero quęlibet humanę improprie dicuntur principia quatenus totidem ipsę sunt derivationes naturalium legum: et catenus solummodo nomen principiorum obtinent, quatenus sunt leges morales.

Providentia tandem Divina eas omnes leges, ac principia complectitur, quibus Deus Optimus Maximus, ea omnia, quę creavit regit ac gubernat ut finem suum consequi possint

Appendix.

1º Cum principia sint quidam actus, non vero actus, incoationes rerum [illegible] es sunt, particularibus nudata, ac generalia, proinde: nec mutatione rerum existentium obnoxia, quibus nil excogitari possit fortius hinc cum tempore non [illegible] [illegible] pia naturalia dici solent etiam = Veritates ęternę =, atque [illegible] hoc patet illud Esdrę: = Super omnia vincit veritas = (I. Esdr. 3º)

2º [illegible] cum principia sint, quę res omnes ordinent in fines suos: [illegible] mo cum eadem [illegible] forma exemplares, qua res [illegible] ac dignoscuntur se: [illegible] eadem esse radicem [illegible] res [illegible] ac demonstrationum [illegible] [illegible] fundamenta; proindeque eos omnes philosophos, qui [illegible] principia non esse admittenda dixerunt, omnem scientiam, ac morum doctrinam funditus evertere fuisse conatos. [illegible] quo abhorruisse videtur dicendus esse

Joan. Lokkius, si consideretur legem ipsum admisisse naturalem: veruntamen cum omnia principia innata omnimode repellenda doceret, sibi ipsi contradixit, et inimicis amicas vel nollens materialistis præbuisse est dicendus.

D.) Quid postremo sit rerum veritas, ac falsitas ex dictis pariter facile colligitur, paucis adjunctis.

Quæcumque sunt, sive in privatis familiis, sive in societatibus tum civilibus tum Ecclesiasticis, sive in rerum natura omnia fiunt dependenter ab ordinatione alicujus causæ efficientis, quæ sic vel alio modo fecit ut essent. Omnes proinde res in suis causis efficientibus ordinem habent, sive principium, a quo dependent. Hæc sunt intellectu facillima.

Quæ igitur res proprio principio respondent veræ dicuntur; a quo principio si quæ deficiant, falsæ dicuntur. Veritas proinde in rebus est rerum ipsarum correspondentia, sive conformitas, sive æquatio cum suis principiis, a quibus dependent: atque econtra rerum falsitas consistit in earumdem deficientia a suis principiis.

Unde perspiqua sunt Philosopho hæc quæ sequuntur. Patet nempe primo veritatem non prædicari, nisi de rebus vel antea, vel modo, vel in deinceps existentibus; patet secundo quod = In rebus neque veritas, neque falsitas est, nisi per ordinem ad intellectum = (D. Th. 1. q. 16 art. 1.) = sit ad principium a quo dependent = (Id. ib. q. 16. 1.). Ac merito proinde definiebat S.

Pica! 730 6. Maio

quinas. = Veritas est adæquatio rei et intellectus = (Id. ib.). Patet tertio, quoniam æqualitas non accipit magis et minus, quod una res non sit magis, ac minus vera: sed absolute ipsa sit vel vera vel falsa. Patet quarto, quod res veræ sint vel falsæ independenter a studio, meditatione, et contemplatione observatorum. Patet tandem, res veras, eo quod juxta leges, sive principia sint factæ, esse semper bonas; et falsas semper esse malas; ita ut rerum veritas, ac bonitas sint duo synonima et rerum falsitas cum rerum malitia convertatur. Ex hinc patent hæc proverbia: = Nil bonum nisi verum = = Non vi è errore, che possa esser utile, non verità, che possa nuocere = (De [illegible]): = Ex fructibus eorum dignoscetis eos =.

9.° Quid causa prima. vacuum. locus, et situs. quid esse in alio, vel in loco: mutari et moveri, quidque mensura tempus, ævum, et æternitas (atque quid sint res physicæ, Morales, ac Metaphysicæ)

1.° Causa prima est ens [illegible] a quo omnia, et per quod habuerunt ut existerent; principium proinde, ac finis omnium rerum: a quo præterea omnia habent ut continuo existant. Nec aliud sunt in ejus comparatione, quidquid agant creaturæ, quam totidem causæ secundæ; quæ nempe ab ipsa prima causa dependent; quam totidem causæ contingentes quæ poterant non esse. Quibus omnibus causis secundis causa prima coexistit,

cum ipsa sit earum omnium causa prima efficiens, formalis atque conservatrix, imo cum ab hac prima causa omnes aliæ dependeant, nedum ab ipsa, et per ipsam dicendæ sunt factæ, sed etiam in ipsa subsistere.

Vacuum est spatium capax corporis sine corpore; locus est superficies corporis; situs est pars loci: unde intelligitur enti simplici nullum posse inesse locum, vel situm; sed tantummodo entibus corporeis inesse posse, utpote extensis.

B. Esse in alio est alicui coexistere vel per modum causæ primæ aut secundæ vel per modum entis aliquatenus ab eodem dependentis. per modum causæ primæ est Deus ubique, non quidem ut quid mensuratum sed ut dans omnibus rebus creatis tum existentiam, tum vim operandi: qui modus proinde essendi est infinitus. sic per modum causæ secundæ ad similitudinem causæ primæ eæ sunt causæ secundæ in illis suis effectibus qui deficerent sine continua causarum earum cooperatione: ad modum vero entis dependentis aliqua substantia alicui coexistit, si ut ipsa hoc, vel alio modo sit ab alio, cui coexistit, accipiat. Sic pisces in aqua plantæ in aere se habent etc. Esse vero in loco competit nedum huic vel alio corpori, sed etiam singulis spiritibus. Verumtamen sunt corpora, sive entia corporea in loco per circumscriptionem, et veluti in mensura, ita ut pars quædam corporis ucati unam partem occupet loci et alteram occupet alia ejus pars; quod ultimum de materia locata dici non posse videtur. Spiritus

vero creati, et vel ipsa entia simplicia, sive incorporalia sunt in loco totaliter essentiæ, ita ut non sint alibi; et ibi nonnisi per contactum suæ virtutis: vel ut dicitur in scholis, quando corpora occupant locum, et sunt in loco circumscriptive; spiritus creati, ac entia simplicia sunt in loco definitive, quin occupent locum: Deus vero est quidem in omnibus locis, sed totus ubique, non ergo ut quid mensuratum, sed ut infinitum, et omnia mensurans.

Mutari est aliquid novi acquirere, vel perdere; et aliqua eodem tempore retinere; si omnia enim mutarentur, non mutaretur ens, sed annihilaretur. Quod proinde in causis secundis, quæ finitæ sunt fieri posse videtur. Moveri econtra significat rem aliquam de loco in locum, vel de situ in situm transeuntem: unde motus definiri solet: transitus de loco in locum.

C.) Mensura est illud per quod cognoscitur quantitas rei (2. In); quæ proinde aliud est à re dimetienda, et prior etiam ipso mensurato. Principia homini naturaliter indita sunt ei regulæ generales, ac mensuræ (2. Sh). Tempus est mensura variationum, quæ fiunt in rebus, quæ vel mutantur vel moventur. Atque proinde tempus non mensurat objecta quælibet nisi secundum quod variationi subjacent (2. Ih); hinc essentiæ, principia, lex naturalis, eterna ac Deus ipse tempore non mensurantur. Atque cum illa omnia, quæ variationi subjacent, duos habeant limites, unum nempe a quo discedunt, et alterum ad quem veniunt; atque cum mensura sit immensurati fit manifestum

...noi = Tempus quoad suum quasi materiale fundatur in motu, scilicet prius et posterius, sed formale quod completur per actum animæ numerantis. Ideo non esset tempus si non esset anima = (S. Th. 1° Dist. XIX q. 2 1° c.). Sequitur etiam quod immobile tantum mensurat mobile; indivisum, divisum.

Ævum est mensura eorum, quæ mutari vel moveri experiunt quidem, sed in variationibus suis finem non obtinebunt. Hinc nos utpote [illegible] tam perenni tempore immortales dicimur æviterni. **Æternitas** demum initio carens, ac proinde quavis successione, est vita interminabilis, ac tota simul; mensura temporis, ac ævi, mensura mensurarum. Quod idem sonat summa ratio legum, per cujus participationem tempus mensurat motum ævum vero perpetua; quæ æternitas est Deus ipse.

40. Quid homo, actus hominis, et humani; quid ejus vires, sive potentiæ; quidque res physicæ, morales, et metaphysicæ.

A.) Nos dicimus hominem = Spiritum corpore donatum = quem communiter definiunt = Animal rationale = Quidquid sit de hac duplici definitione, illud quod hic animadvertimus est, quod constat homo ex anima et corpore.

Actus hominis sunt illæ variationes, sive effectus, qui quidem ab homine producuntur, sive interni sive externi sint, sed ab ipso sunt sine prævia cognitione ac voluntate, sive finis, sive legum. Qui actus hominis alio nomine dicuntur

etiam motus primò primi, vel motus indeliberati.

Actus contra humani non tantum sunt effectus interni, sive sunt ii ab homine procedentes; sed fiunt ab ipso cum praevia cognitione et voluntate sive finis sive legum; qui actus etiam dicuntur deliberati.

B.) Vires, sive potentię hominis triplices sunt generis physicę, nempe morales, et intellectuales.

Physicę sunt substantię corporeę, quibus ipse uti potest ad fines suos obtinendos: atque primum inter physicas vires locum obtinet eius corpus, ex quo cum homo ut dicebamus, constet, vis physica naturalis appellatur, ad distinctionem aliarum rerum quibus uti possit homo: hae ideirco vires physicę acquisitę nuncupantur, sive instrumentales.

Vis sive potentia moralis est, qua homo potest nunc pro illo finem intendere, has prę illis actiones eligere, et posito fine, et determinata actione potest agere et non agere. Potentia, quę solis spiritibus attribuitur.

Vis demum sive potentia intellectualis, spiritus solummodo propria, est, qua objectorum existentia, qualitas, ac rationes, sive principia dignoscuntur; quę hic dixisse sufficiant, in Ontologia, et Teleologia, plura quę desiderantur cum sint dicenda.

C) Res physicę sunt eę omnes, quę ope sensuum, sive virium physicarum exercitio dignoscuntur, atque dignosci possunt. Physicę res sunt ergo omnia

quæ moventur et sub sensibus aliquo modo cadere . . . Res morales vero sunt ea omnia, quæ ex exercitio moralis potentiæ originem trahunt: cujusmodi exemp. grat. leges humanæ, figmenta poetica etc.

Metaphysicæ res tandem sunt illæ, quæ sub sensibus non cadunt, quæque vel sunt causa efficiens v. gr. causæ secundæ, et causa prima; vel sunt causæ finales ver. gr. finis ultimus etc; vel sunt causa formalis ver. gr. lex æterna, et leges quæcumque naturales.

§. 2.
De Ideis.

1. Quid in humano corpore facta impressio, animæque sensatio; quid sensus, et quotuplex; quidque humana cognitio, et tandem quid species, sensus intimus, et ideæ.

A.) Sub nomine impressionis in humano corpore factæ omnes variationes veniunt, sive mutationes ipsæ sint sive motus quas corpus nostrum vel omnibus vel pluribus, vel aliqua sui parte patitur a causa tum interna, tum externa productas.

Ex quibus impressionibus nonnullæ ne sentiuntur quidem ab anima, quemadmodum plurimi motus viscerum non advertuntur; et quando plures

eodem tempore in corpore existant impressiones, minime inter illas [illegible]
riter ab anima non advertuntur. Nonnullæ autem ex illis impressioni-
bus advertuntur ab anima, ac percipiuntur. Atque istæ sunt quæ sensa-
tiones nuncupantur

B.) Sensus vero est, nostro concipiendi modo, ea pars animæ qua sentimus; qua nempe impressiones in corpore nostro factas percipimus. Sub quo aspectu quatenus anima sæpenumero propter commercium inter [illegible] et corpus suum non potest non sentire dicitur passiva; et [illegible] ctus suus quatenus impressiones percipit passivus dicitur

Sensus etiam dicitur communis hæc animæ pars, quatenus ne: dum hominibus verum etiam cunctis animalibus [illegible]

Corpus itidem nostrum, quatenus animæ organum, dicitur sensus; ad sensus externus ad distinctionem illius primi qui ideo sensus internus dicitur. Cum etiam, cum in quinque corporis nostri partibus variæ impressiones ac mutationes fiunt, unaquæque ex hisce quinque partibus nomine sensus ab aliis distincto venit = Hinc scribebat Aquinas, sensus exteriores sunt quinque secundum quinque modos immutationis ab objectis, scilicet visus, auditus, olfactus, gustus et tactus = (1. q. 78. art. 3.).

C.) Cognitio est animæ operatio, qua objecta, fines objectorum, eorum: que leges cognoscimus, vel qua res physicas, morales, ac metaphysicas ap:

prehensimus.

Et plus dicit animę cognitio quam sensatio: per cognitionem enim nedum impressiones in corpore nostro factas animadvertimus, sed etiam ad earum causas vel effectus devenimus. Sic idiota, qui latine loquentem audiret una cum viro docto, sensationem ipse haberet; quando doctus prętor sensationem haberet et intelligentiam.

D. Quid tandem species sibi velint, sensus intimus, ac ideę de quibus tot et tanta fuere dicta, haud difficile est dicere. Nomine specierum nihil aliud venit, quam impressiones factę a corporibus externis in sensibus nostris externis animę tamen objectę ac repręsentatę et necnon perceptę. Quę species aliud prorsus sunt a corporibus ipsis: atque ex hoc factum est ut alio nomine fuerint dictę, nunc phantasmatis, nunc simulacri et idoli; ut significaretur aliquid quasi vestigium secum retinere eorum corporum, a quorum actione ortum habuere.

Sensus intimus est ea pars animę qua bonitatem et pravitatem rerum judicamus: quę cum sub sensibus non cadant, indignum est Philosopho, ea ope sensuum dignosce offerere.

Idea denique, sive forma est exemplar, secundum quod intellectus [illegible] [illegible]. Quę si Deo est forma mentis ęterna, mensura mensurarum, in homine vero est participatio tantum [illegible]

[illegible] est principium cognitionis, sive lex cognoscendi cum qua omnes aliae leges naturales vel concordant vel illam exsuperant numquam autem adversantur cum leges omnes ex eodem fonte manaverint.

Ex quo primae cognoscitur, quod per ideas cognitiones fiunt, et facte cognoscuntur. Unde pariter cognitio manifestum est aliud esse ab ipsa cognitione, videtur: idea enim dari potest sine cognitione, non autem e converso.

Notandum etiam ducimus in scholis usum invaluisse cognitiones pro ideis indiscriminatim accipiendi, etiamsi toto caelo ab invicem distent. Haec est causa, cur et nos, ne videamur obstare omnibus et ab usu communi discedere [illegible] studio nos etiam nomen idearum usurpabimus ad mentis cognitiones indicandas, in hoc tamen firmi = aliud esse ideas dici innatas, aliud cognitiones =.

Et hunc numerum maxime in Philosophia utilitatis absolvimus. advertentes, tum impressiones a mente perceptas, tum sensum intimum, ac ipsas ideas nihil aliud esse quam totidem leges physicas nempe, morales [illegible] cognitas, quarum unio, ut videbimus, veritatum criteria administrabit.

Caput II.^{m}
De Telelogia.~

= Omnis consummationis vidi finem = (Psalm. CXVIII. 96).
= Notum fac Domine finem meum = (Psalm. XXXVIII.).
= Melius est videre quod cupias quam desiderare quod nescias = (Eccl. VI. 9).

Introductio
in Telelogiam -

1.

Quid Telelogia.

A.) Disputationem aggrejuris, de quo disputandum sit illis, opus est ut definitione rei disputandæ proficiscantur.

B.) Nos igitur de Telelogia disputaturi, dicimus eandem esse = Sermonem de finibus creaturarum et præsertim de hominum fine =.

2

Quæ ejus partes.

A.) Duas proinde hæc complectitur disciplina partes; in quarum prima de rerum omnium fine fiet sermo; et in altera de hominum fine agetur.

B.) Quam primam partem licet majoris sit momenti, expediemus tamen

confectum ibimus; cum pluribus verbis secundam exsolvemus ex eo, quod ipsa propius nos respiciat.

3.

Quae ejus praestantia.

A.) Tantae vero est praestantiae quam aggredimur disciplinam, ut ne vix quidem possit verbis exponi.

A recta enim finium cognitione animarum immortalitas dignoscitur; in malorum permissione Providentia elucet, ac in virtutis exercitio ac labore spes arridet; huic nos intendimus fini; hanc obtinebimus utilitatem Et nobis apertiens Poeta Anglus canebat:

Qual nel darci la vita ebbero i Cieli
Disegno, investighiamo.......
E sbandito l'error, tolte e deprosse
Le capricciose idee, contro il fallace
Ragionar de' Mortali, in salvo poste
E vendicate restano, e difese
Le Sante leggi del Fattore eterno. (Mss. Pope. saggio sull'Uomo)

B.) Addendum insuper a recta cognitione finis __totam__ vitae nostrae ra__tionem__ pendere: etenim = Non bene curritur si quo currendum est, nesciatur = (De perfect. justit. div. August.): cum pro diversitate finium aliae,

ac aliȩ operantibus necessariȩ sint rationes, sive leges operandi. Quam ve:ritatem exemplo medici Divus Thomas illustrabat: = Aliter enim, ajebat ipse, medicus operatur ad egritudinem pellendam, et aliter ad sanita:tem tuendam = (D. Th. contr. Gent. lib. III. cap. 112. n. 2.).

C) Cujus rei prȩstantiam adeo existimarunt veteres Philosophi, ut omnes fere rerum omnium fines cognoscendos sibi proposuerint, e:tiamsi in varias ac omnino inter se contrarias opiniones venerint. Rectam ultimi finis cognitionem Tullius inter ipsos tanti faciebat, ut ab ipso dicta fuerit: = Cardo totius Philosophiȩ = (De fin. l. 5. c. 5.): de qua diversam non posset homo sententiam acquirere, quin diversimmo-de eodem tempore audire deberet de tota Philosophia. En ejus verba: = Qui autem de summo bono dissentit de tota Philosophiȩ ratione dissentit = (Tull. ib.).

Quod sic Christus hisce docuit verbis: = Ubi enim thesaurus tuus, ibi est et cor tuum: si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit, si autem fuerit nequam totum corpus tuum tenebro:sum erit =: (Matth. 6 v. 21).

Quȩ de Teleologia, ejus partibus, ac prȩstantia prȩnotasse sufficiat.

Pars I.

De omnium creaturarum fine.

1.

Quid sit finis: qui finis agentis per naturam, et agentis per intellectum: qui finis naturalis, et supernaturalis; singularis, pluralis, universalis: atque quid sit finis ultimus; et medius; quidque bonum, bonum summum, et felicitas.

A). Antequam vero operi quod aggredimur manum admoveamus; praemittamus pauca aliqua de finibus ut certo numero veluti oratio nostra procedat.

Non unam rem innuit nobis *finis*. nunc enim sibi vult = cessationem alicujus rei ab existendo =; nunc = exitum negotiorum =; et saepenumero etiam significat = Illud in quod tendit impetus agentis =(*). Atque de fine hoc in sensu accepto nos verba facimus.

B). Finis porro agentis per naturam sicut agentis per intellectum quoad se spectatus, continuo est = Illud in quod tendit impetus agentis =; eo ipso modo, quo finis sagittantis, et motus sagittae continuo est signum (Bersaglio, tavolazzo): atque ipsemet finis est *unum aliquid*, quod ab agentibus ipsis distinguitur. = Perspicuum est, tradebat Tullius, esse *aliud*

(*) D. Th. Cont. Gent. l. [illegible]

artem ipsam, aliud quod propositum sit arti: etenim illud semper extra est, quod arte comprehenditur = (Cic. de fin. l. 5. n. 16).

Quoad agentes vero, quos recensebamus, finis ille spectatus, in agente per naturam continuo est incognitus; quando in agente per intellectum prius mente concipitur, quam agens feratur in ipsum. = Agunt enim, admonebat Aquinas, preconcipientes in intellectu id, quod per actionem consequuntur = (D. Th. Cont. Gent. l. 3. c. 2. n. 5.). Sic nos itineraturi eo pervenire aggredimur, quod prius mente concipiebamus. Atque hinc factum est, ut finis agentium per intellectum dicatur etiam latine objectum, et intentio; italice vero oggetto, mira, intenzione. Ex hinc etiam duplex ille ordo, intentivus nempe, et executivus ortum habuit: prius enim mente concipimus atque intendimus, et postea exequimur, et operamur.

C.) Finis naturalis est ille, quem agens quodcumque suis, quibus a natura gaudet viribus vel obtinet, vel obtinere potest: si autem valeat, finis supernaturalis dicitur

Atque tunc est finis singularis, in quem unum agens solummodo tendat: si plura pluralis: si omnia, universalis habebitur.

D.) Quibus vel paulisper perpensis facile est ea omnia intelligere, quæ supra expostulabamus.

Finis ultimus igitur dicitur, quo obtento, omnis impetus quie: scit agentis per naturam, et quo habito nil aliud quærit agens per in: telligentiam. Atque hinc factum est, ut finis ultimus agentium per intel: lectum recte fuerit definitus: = Id, cujus gratia omnia fiunt =.

Finis vero medius in agentibus per naturam est, quo habito o: mnis illorum impetus non quiesceret; in agentibus vero per intellectum est = Id cujus gratia aliquid fit, sed propter aliud = qui proinde inten: ditur, et actione obtinetur, sed tamquam medium ad aliud habendum.

Bonum tandem est, quod vel ex parte, vel ex toto terminat appetitum = agentis = (S. Thom. ibid. c. 8. n. 2.). Bonum proinde est finis quicumque habitus: qui finis, si fuerit medius, bonum simpliciter appel: latur; si autem fuerit ultimus finis summum bonum appellabitur.

Quod summum bonum si sermo sit de agentibus per intellectum nomen felicitatis obtinet: felicitas itaque est finis ultimus habitus.

Scholion.

Hinc apparet quam rite felicitatem dixerit Socrates: = Voluptas, quam pœnitudo nulla sequitur =; Aristoteles: = Felicitas est, quod vitam suf: ficientem, optabilem, ac nullius indigam præstat = Cicero, qua = Natura exple: tur =; Augustinus, quæ = Omnia optanda complectitur =; et Aquinas = Statum, in quo animus quiescit, ultra quem agens non quærit aliquid =.

2

Utrum omnes creaturæ aliquem habeant finem.

Respondemus creaturas omnes finem habere, et quidem triplici de causa.

Quarum prima est, quod Divinitus fuerint singulæ e nihilo eductæ. Cum enim D. O. M. nequeat dici, inconsulto, hoc est sine causa, et fine, Mundum hunc spectabilem creavisse; necessario sequitur, omnes quas ipse creavit, res aliqua de causa, ob aliquem videlicet finem fuisse Divinitus conditas: ex eo proinde, quod creaturæ omnes habuerint a Deo, ut existerent, earum singulæ aliquem habent finem

Secunda autem causa, cur dicimus creaturas omnes aliquem habere finem hæc est, quod cum aliunde sint, operentur. Antequam enim ipsæ existerent, indifferenter se habebant tam ad existendum, quam ad non existendum; tam ad hunc modum existendi, et operandi, quam ad multos alios existendi, ac operandi modos: nihili enim nullæ sunt proprietates. = Quod autem, prosequimur cum D. Aquinate, indifferenter se habet ad multa, non magis unum eorum operatur, quam aliud: unde a contingente ad utrumque, non sequitur aliquis effectus, nisi per aliquid, per quod determinetur ad unum. Sine quo impossibile

esset quod ageret = (D. Th. Cont. Gent. l. 3. c. 2. n. 4.). Ex eo igitur quod creaturę omnes aliunde sint et operentur, sequitur quod fuerint tum ad existendum determinatę, tum ad aliquem prę aliis effectum permotę; quod videlicet finis aliquis fuerit singulis statutus. Quod ipse Aquinas sequentibus verbis concludebat: = Omne igitur agens tendit ad aliquem determinatum effectum, quod dicitur finis ejus = (id. ib.).

Tertia autem causa cur idem reperimus, hęc est, quod, quantum experientia constat, creaturę omnes pro viribus sui operentur. = Sed in actiones cujuslibet agentis, advertimus cum eodem Divo, est venire ad aliquid ultra quod agens non quęrit ultra aliquid: alias enim actiones in infinitum tenderent, quod quidem est impossibile: cum infinita non sit pertransire ..... Omne igitur agens agit propter finem = (D. Th. ib. n. 2.): Omnes igitur creaturę, ex eo quod pro viribus suis operentur, aliquem habent sibi propositum finem.

Res ergo est manifesta, quam proponebamus, tum quia omnes creaturę sunt Divinitus createę; tum quia ex sejpsis indifferenter se habent ad plura; tum quia earum singulę vires suas exerunt.

3.

Quis sit ultimus rerum ipsarum finis.

Respondemus ultimum creaturarum finem Deum esse, et quidem duplici de causa.

Quarum prima hæc est, quod Deus sit primum agens: in omnibus enim operationibus, primum agens est causa etiam finalis. Quod exemplo exercitus post Aquinatem illustrabimus: = In omnibus agentibus et moventibus ordinatis, tradebat Divus, oportet quod finis primi agentis et moventis sit ultimus finis omnium, sicut finis ducis exercitus est finis omnium sub eo militantium = (Cont. Gent. l. 3. c. 25. n. 7.). Quod si ita non esset, sed voluntate alicujus militis sibi subditi dux bellum indixisset, tunc non primum, sed secundum agens. Ex eo igitur quod Deus sit primum agens, idcirco ultimus finis etiam rerum omnium habendus.

Altera vero causa propositi nostri est summa Dei sapientia. Utpote enim summe sapiens, nedum aliquid creasse inconsulto, et sine ratione ipse est dicendus; sed neque dici potest creasse ratione sine fine aliquo finito; proindeque propter semetipsum, qui sibi tantum sufficit, cum summum sit bonum. Unde Poeta noster cecinit:

Però che il ben, che è del voler obbietto
Tutto s'accoglie in lei, e fuor di quella
È difettivo ciò, che è lì perfetto.

(Dante Par. cant. XXXIII.)

Quocirca vel ipso rationis lumine harum quæ sequuntur sententiæ scripturales veritas dignoscitur: = Universa propter semetipsum operatus est Dominus. (Prov. XVI. 4.): = Nonne ad unum locum properant omnia ..... ubi est vita? = (Eccli: VI. 6.) = Ego sum alfa et omega, primus et novissimus, principium et finis = (Apoc. XXXIII. 13.).

Concludendum igitur, tum quia Deus est primum agens, tum quia est summe sapiens cum Blasio Pascal: = Ogni cosa adunque è uscita dal nulla, e tratta all' infinito = (Pens.) quod nempe Deus est ultimus finis omnium.

4.

Quomodo Deus sit finis omnium.

Quomodo Deus sit finis omnium, ut intelligatur, pauca admodum post Aquinatem dicemus.

Non est in primis finis omnium Deus necessitate ad operandum compulsus; cum sit ipsa libertas, nulli secundus. Nec finis omnium est ipse

Vide I. p. q. 44. ar. 4 : et miraberis.

Deus, quasi sua actione aliquid acquirat: qui non est in potentia ut aliquid aquirere possit; est enim summa bonitas omnino perfecta; et perfecta plenitudo accessionem non recipit. Nullo igitur ex hisce duobus modis dicendus est Deus finis omnium.

Relinquitur igitur, quod Deus sit finis rerum, quasi sua actione aliquid largiatur; quasi aliquid praeexistens obtinendum ab unaquaque re suo modo: quia solum est in actu perfecto ex quo potest aliquid elargiri. Res igitur non ordinantur in Deum sicut in finem cui aliquid acquiratur sed ut ab ipso ipsummet suo modo consequantur, cum ipsemmet sit finis. (D. Th. Cont. Gent. l. 3. c. 18.)

Et ex brevibus quomodo Deus sit finis omnium: liberrimus quidem, atque non sibi, sed creatis rebus liberalis.

5.

Errores praecipui hac de re recensentur.

Hinc turpiter falsi sunt tum illi, qui casu ac fortuito mundum hunc spectabilem existere blaterabant tum illi qui illum necessitate ad actum Deum creavisse dictitabant.

Nec non erronea est eorum sententia, qui finem ultimum totius mundi hominem esse docuerunt. Quorum temeritatem sequentibus vestigiis

expressam observare juvat:

Io son, risponde tosto il cieco orgoglio
Di tutti questi doni io son l'oggetto:
Veglia per me la provvida Natura
\- - - - - - - - - - - -
Quel Sol che in suo cammin tanto sfavilla
Per me spande i suoi raggi: . . . . .
Mia reggia infine è l'Universo intero.

(Aless. Pope Sag. sull'Uomo).

Sol per me vivo, nulla debbo ad altri:
Un nome è la virtù: mia legge è il piacer.

(Racine Relig. can. II.).

Fassi Dio del suo Dio, ponsi in sua vece
Sul trono, ov' Ei già siede, e senza tema
Giudica ancor la sua Giustizia stessa.
Ecco fin dove ambizioso orgoglio
Fuor dal dritto sentier l'uomo sospinge.

(Pope.)

Erravit tandem vel ipse Samuel Hasper qui nuper Vindobonæ tradebat insimulandis nobis omnino videtur. Qui non Deum ipsum docuit esse ultimum

rerum finem; sed moralem perfectionem hominum hac ductus ratione, quod Deus sit sibimet sufficientissimus, perfectissimus, et sanctissimus =.

Quorum omnium falsitas cum ex superius dictis pateat cum vate nostro claudimus:

O terreni animali, o menti grosse,
La prima volontà, che è per se buona
Da se ch'è sommo bene mai si mosse.
Cotanto è giusto quanto a lei consuona;
Nullo creato ben a se la tira,
Ma essa radiando lui cagiona.....
E quinci appar che ogni minor natura
È corto recettacolo a quel bene,
Che non ha fine, e se in se misura. (Dante Par. c. XXVII.)

Juxta Cicer. Felicitas est = secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio =
Plato. = voluptas sine pœnitentia = Stob. serm. 10. [illegible] quæst. L. 5. c. 10.
[illegible] n°. 10. cap. 8. Bonorum summum nobis Deus est. Deus est nobis summum bonum. Neque infra nobis remanendum est, neque ultra quærendum: alterum enim periculosum, alterum nullum est =
S. Aug. lib. 19 de Civ. Dei. cap. 2. refert ex Varrone 288 fuisse Philosophorum de Beatitudine sententias =
Ideo verum est quod ait Seneca in initio libri de Beata Vita = Vivere omnes beate velle, sed ad providendum quid sit, quod Beatam vitam efficiat caligare =.

Boet. [illegible] de [illegible] Phil. [illegible] 7.
= Quis autem [illegible] [illegible] [illegible] pœnitentiæ =

[illegible]
[illegible] Beata [illegible] [illegible] [illegible] quæst. 5. [illegible]

Deus est omnium appetitionum finis. [illegible] lib. [illegible] cap. 9.

Pars II.

De hominum fine.

1

Utrum felicitas sit ultimus hominum finis.

Respondemus affirmantes; tunc enim finis ultimus rerum dicitur esse felicitas, quando ipsemet sit ultimus finis agentium per intellectum; quando videlicet mente praeconcipiatur, ac ejus tantummodo intuitu ab iisdem agentibus omnia alia fiant.

Nos porro ita se habet: homines enim quidquid agant ac faciant omnia semper operantur sub specie boni, omnia propter desiderium felicitatis ut suam naturam expleant, ut felices evadant. Qua de re sic concinne idem Poeta noster:

L'animo, ch'è creato ad amar presto,
Ad ogni cosa è mobile, che piace
Tosto che del piacere in atto è desto.

(Dante ibid. can. XVIII)

Quinimmo etiamsi homines oppositas perambulent vias, felicitatem attamen semper ultimo intendunt: tradebat propterea Augustinus in suo

Confessionum libello: = Quod si alius hinc, alius illinc assequitur, unum est tamen, quo omnes pervenire nituntur, ut gaudeant = (lib. X. c. 21) Quod clarius sic celeberrimus Pascal: = Tutti gli uomini senza eccezione desiderano di esser felici. Per quanto diversi siano i mezzi, ch'essi impiegano, tutti hanno questa mira. Ciò che fa, che uno vada alla guerra, e l'altro nò, è il medesimo desiderio in ambidue. La volontà non si muove mai chè verso un oggetto. Questo è il motivo di tutte le azioni degli uomini, sin di coloro che si uccidono = (B. Pascal ne' suoi pensieri (cont. 21. n. I).

Insuper hoc desiderio excitati totam peragunt vitam homines. De sua felicitate idem Poeta noster sapienter admodum unico versiculo cecinit.

Ove s'appunta ogn' *ubi*, et ogni *quando*.

(Ibid. c. XXIX.).

Quodque felicitatis desiderium dixit vere Rousseaus: = Passione, che sola nasce coll'uomo, e che non lo lascia infin che vive; origine, e principio d'ogn'altra passione =. Et clarius adhuc Roboretanus scriptor = Inclinazion suprema, a cui tutt'altre inferiori servono, e che non serve a veruna, unica forza, che piegata a varie direzioni, fa tutto l'uman genere muovere, ed operare sì diversamente et anche in modi opposti = (Serbati de Rosmini, Saggio sopra la felicità; prelim. c. 2.): et Angus

pulchrius adhuc:

> Bella felicità, tu sei d'ogni Ente,
> Che respira quaggiù mobile e fine
>
> (Pope ibid.).

Finis igitur hominum, cum semper sub specie boni, etiamsi oppositas ineant vias, tota eorum vita operentur, dicenda est felicitas.... (1)

2.

Quid Philosophi de ultimo hominis fine.

Omnes Philosophi tum veteres, tum recentiores de ultimo hominis fine disputantes felicitatem, sive beatitudinem hunc esse dixerunt.

Et veteres peculiariter multum adlaborarunt hac super re; quin immo post Socratem in scholis præcipua hæc erat inter disputationis materias. Licet autem ultimum hominis finem unanimiter felicitatem dicerent indicando tamen atque statuendo in quo finis hic esset situs, mirum est, quo ab invicem dividerentur modo, ac in quas et tantas abirent sententias. = Anacarsi v.g. pose il supremo bene nella vendetta di un' offesa; Crate lo cercò in una felice navigazione; Simonide, nell' amicizia, Archita, in una gran vittoria, Gorgia, nell' ascoltar cose amene; Crisippo, nel fabbricar magnifici edifizii; Antistene, in una gran fama; Sofocle, nel lasciare eredità a' figli, Euri:

pide, nell' indonnarsi; Polemone, nell' eloquenza; Temistocle nel discen: dere da famiglia rinomata; Aristide, nel possesso de' beni terreni, ed Eraclito lo cercò in gran tesori = (Della Sibilla della Relig. pag. 160). Nec ista recensuisse plus est quam perpauca meminisse veterum placitis Philosophorum. Divus enim Augustinus in suo opere de Civitate Dei (lib. XIX. c 2.) ducentas octoginta octo ex Varrone retulit sententias, in quas veteres Philosophi abière disputantes quid tandem esset in quo collocanda felicitas foret.

Nec de omnibus illis dubitavit dicere Seneca: = Vivere omnes beate velle; sed ad pervidendum quid sit, quod beatam vitam faciat caligare = (Seneca sub init. lib. de Beata vita).

Non sic vero res vertit post ea tempora: lex enim Evangelica per gentes difusa tanto juvamini fuit humanę rationi, ut Philosophi melius consulti, vel de suo dicere abstinerent; vel revelationis lumine praeeunte vera dicere, etiamsi interea aliqui desipuerint, uti videbimus.

3.

Quid Epicurei de ultimo hominis fine senserint, quibus innixi rationibus, et quam perperam.

A.) Epicurei, quidquid sit de privata sententia Epicuri, de qua inter Criticos controvertitur, et a quo nomen ipsi habuere, felicitatem tradiderunt collocandam in corporis delectationibus, sive in voluptatibus sensuum. Quos vel ipse

Mohammedes est secutus, eandem docens sententiam in capitulis inscriptis de vacca, et feminis, in quibus capitulis Alkorani sui, quem conscripsit ad Musulmannos, hoc est ad Deo devotos per excellentiam, de Paradiso ipse loquitur.

At quam miserrime falsi sunt Epicurei, eorumque Asseclae! In eo enim tantummodo statui potest ultimus hominis finis = Cujus gratia omnia fiant, atque adepti hominis nil aliud sit, quod quaerant ultra = Quorum neutrum dici potest de carnali voluptate: enimvero non omnia intuitu voluptatis carnalis fiunt: quemadmodum ii omnes sunt, qui mortem subeunt, vel pro tuenda patria vel amicitia ducti. Insuper tam longe abest ut propter voluptatem carnalem omnes omnia gerentur, quin potius, exceptis iis qui toti ex carne videntur conflati, oblectationem sensuum exquirunt non propter se, sed propter aliud, ad seipsos nempe aptandos ad munia sua fungenda; ita ut, rite advertebat Aquinas, = Delectatio est propter operationem, et non e converso = (Cont. Gent. l. 3. c. 27. n. 2). In illis tandem hominibus, qui Epicuream felicitatem fuerunt adepti febbris accenditur, desideria ampliantur, miseria augetur; ita ut experientia constat, non solum omnia non fieri ab hominibus intuitu voluptatis carnis; sed neque eadem habita, naturam expleri humanam.

Perperam igitur opinati sunt Epicurei, in voluptatibus corporeis felicitatem esse repositam prædicantes; et magis adhuc Mahumedani dicendi sunt falsi eo quod eundem errorem e cineribus suscitarunt post Christi adventum, ac Evangelium suum per gentes diffusum.

(B.) Sequentibus vero momentis suam confirmare sententiam sibi blandiebantur Epicurei; at perperam.

Dicebant ipsi primo in corporeis oblectationibus felicitatem consistere = eo quod voluptas a cunctis animantibus appetitur =; sed perperam. Non enim sufficit quod aliquid naturaliter appetatur, ut idem sit ultimus finis quemadmodum est de somno, aliisque quæ, profecto etiamsi naturaliter a cunctis animantibus concupita nullus tamen adeo insanivit ut eadem pro fine ultimo haberet. Insuper non parum hominis natura brutina differt; non eodem ergo modo utraque est explenda. Quis enim risum contineret, si nobis ipsis videremur ratiocinari dicentes: = Hoc placet omnibus; ergo tibi sufficit? =.

Dicebant secundo in oblectationibus corporeis sitam esse felicitatem = ideo quia pueri in quibus natura non est adhuc depravata, ejusmodi tantum voluptatibus diriguntur =. Sed proh dolor! Quis enim in primis Epicureos edocuit, ea tantum causa moveri infantes? Si infantes utpote elingues consuli non possunt, unde illis tanta cognitio? Insuper, dato et non concesso, naturam a

pueris non possideri depravatam, quis tamen eorumdem naturam imperfectam admodum, hoc est non maturam non videbit.? Nec norma profecto erit unquam vires puerilis ætas.

Dicebant tandem sensuum voluptatem esse summum bonum = ideo quia omnia ab omnibus ejus gratia patrantur = Cujus momenti futility patet ex supra demonstratis

Quidquid ergo senserint Epicurei, et cujusvis ordinis fuerint eorum assecl[a], patet ex dictis felicitatem consistere non posse in corporeis oblectationibus: et eos tueri esse tempus terere, ac insanire.

4.

Quid senserint Stoici de ultimo hominis fine; quibus fulcirentur momentis; et quam inconsulto.

---

a). Contra ac Epicurei de ultimo hominis fine, senserunt Stoici Zenonem secuti, qui eorum auctor fuit et princeps. Ipsi enim teste Seneca = Beatum, asserebant, qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, et sic vivit quomodo illa præscripsit: cui bonum omne in animo est = (Senec. Epist. 45.). Quando proinde Epicurei in corporeis voluptatibus felicitatem consistere volebant, Stoici e contrario sensibus omnino posthabitis, in sola legum naturalium observantia, in sola virtute eandem collocabant.

Ait licet ex sententia Romanę Reipublicę fuerit semper perutilis magnos eidem viros comparavis, periculorum, ac ipsius mortis pro tuenda patria contemptores; cum e contra illa Epicureorum fuerit semper =flagitiorum magistra=; attamen erroneum omnino est in virtutis exercitio felicitatem prędicare.

Primo quia virtutis exercitio corpus defatigat, ac interdum ad mortem usque; cum e contra felicitas, sive ultimus hominis finis, omnem terminare appetitum, omnemque debeat complere naturam. Erroneum secundo dicimus, quia in virtutibus datur progressus ad mortem usque, ac proinde immutationes: dum e contra felicitas, cum sit summum bonum, progressum ac immutationem quamcumque excludit. Erroneum tertio dicimus quia virtutes sive operationes morales non propter se fiunt, sed propter aliud. Qua de re ratiocinantem audiamus Aquinatem: =Felicitas humana, Divus ajebat, non est ad ulteriorem finem ordinabilis, si sit ultimus finis. Omnes autem operationes morales sunt ordinabiles ad aliquid aliud..... Operationes enim fortitudinis, quę sunt in rebus bellicis, ordinantur ad victoriam, et ad pacem.... similiter operationes justitię ad servandam pacem inter homines ordinantur..... et similiter in omnibus aliis. Non est igitur in operationibus moralibus ultima hominis felicitas=(Cont. Gen. l. 3. c. 34. n. 1.

3) Momenta autem, quibus suam conabantur confirmare sententiam Stoici, quæ sequuntur tria præcipua sunt.

Dicebant primo felicitatem esse in virtute reponendam = ideo quia virtus quod nobilissimum est in nobis, animum videlicet respicit; dum e contra Epicureorum felicitas corpus respiciebat, quæ inferior est pars nostri =.

Verum hæc ratio, quæ Stoicos Epicureis infensos reddere poterat nihil admodum Stoicis ipsis prodest adversus nos. Ipsi enim sic argumentantes, fatebantur, homines duabus constare partibus corpore nempe et anima; quarum nobiliori ipsimet præ Epicureis consulebant. Ex quo duo hæc sequuntur: primum, quod cum in unaquaque eorum sententia uni tantum hominum parti consuleretur, unaquæque esset erronea: sequitur secundo, quod cum in Epicureorum sententia pars hominis inferior spectaretur, plus erroris haberetur quam in Stoicorum sententia. Sed minus errare, est tamen in errore versari. Concedimus itaque Stoicis, sua sententia quod nobilissimum est in nobis, ipsos respexisse: sed ad felicitatem, quæ omnia explet, hoc non sufficit.

Dicebant secundo, felicitatem in virtute esse collocandam = ideo quia bona corporis fluant nobis vel invitis: dum e contra illa animi nonnisi nobis consentientibus labuntur =.

Quod illis nos concederemus: ergone idcirco dici poterit per virtutis exercitium naturam nostram expleri? Absit nobis hujusmodi conclusio!

Prӕterea quomodo dicendi sunt illi felices qui volentes et labi possunt, quibus securitas adhuc exoptabilis?

Dicebant tertio felicitatem in virtute consistere = ideo quia omnes laborant, ut diutius ac facilius virtutem exerceant =.

Quod momentum perpendens Cicero exclamabat: = O plumbeum pugionem! Quis enim illud concesserit? = (Cic. de fin. lib. 4. n. 18.). Et revera, iis quę superdiximus attentis nemo mentis compos illud Stoicis dabit.

Ex quibus igitur, et quid senserint Stoici, et quam male, satis patet.

5.

Quid eadem de re senserint Peripatetici, et quam perperam.

Peripatetici, quibus princeps fuit Aristoteles, dicebat felicitatem consistere in vivendo secundum naturam; ita ut per naturalem prӕceptorum observantiam tum corporis tum animi delectationibus frueretur homo; atque sic quod utrasque suas partes seipsum perficeret =; definiebatur enim ab ipsis post Aristotelem felicitas: = Operatio animę secundum virtutem in vita undique perfecta = (Arist. lib. 1 Eth. c. 6).

Quam sententiam ingeniosiorem apprime non diffitemur esse prę Epicureorum, ac Stoicorum sententiis, utpote quę illarum defectus evitare videtur: ipsam tamem absurdam dicimus libere.

Et hæc est causa cur sic affirmamus: cum enim felicitas nonnisi propter seipsam expectatur; atque ipsum adipiscentes, nihil sit ultra quod concupiscant, perperam admodum Peripatetici felicitatem volunt repositam in operatione secundum naturam ad vitam undique perficiendam: in eo nempe, quod propter aliud concupiscitur: insuper hac Peripateticorum felicitate gaudentes, semper habent aliquid novi quod quærentur, quodque volentes requirere, cupiunt: semper igitur restat aliquid, quod ultra concupiscant. Quorum utrumque de felicitate prædicari non potest.

Licet ergo ingeniosior Peripateticorum sententia videatur: erronea tamen dicenda est.

6.

Quid Elpistici eadem de re senserint, et quo merito.

Elpistici, sive sperantes tum ab Epicureis et Stoicis tum a Peripateticis dissentiunt: nil aliud beatitudinem illi esse dicebant quam = eandem desiderare =; ipsam proinde collocabant in sola spe, quæ primum apparet, et ultima perit; quæ hominibus in periculis constitutis vires addit, in angustiis sustinet in omnibus juvet.

Sed inepte admodum: primo quia spes ad aliud ordinatur = Est enim desiderium, secundum quod voluntas tendit in id quod nondum

nabet = (D. Th. Con. Gen. l. 3. c. 28) Secundo, quia spes est semper timori immixta unde Poeta noster, qui dixerat

. . . . nè petti umani
Il timor e la speme
Nascono in compagnia, muojono insieme;

cecinit quoque.

Speranza lusinghiera
Fosti la prima a nascere,
Sei ultima a morir.
Nò, dell' altrui tormento
Nò, che non sei ristoro;
Ma servi d' alimento
Al credulo desir.

Metastasio).

Tertio tandem ideo falluntur ii physici, quod si spes omni esset vacua fine, in nihilum ejusdem blanditiæ necessario redigerentur. Si enim quo major fit timor, spes minus fovet; ubi nullus finis obtinendi locus esset, timor summus omnem spem expelleret: = Poichè, advertimus cum Roboretano scriptore, poichè speranza non v'ha per chi conosce l'inganno . . . . . poi:

Nam uni Dominis [illegible] foreque potturae
idest [illegible], unde nihil ad nos perve-
niet vera et solida [illegible] qui[d]
aliud quam splendida subtilia [illegible]
Leibnitius — contra Pufendorfio
[illegible]
[illegible]

nè l'illusione, che godono, cessa a chi si sovviene che è illusione = (Rosmini Anton. Sagg. sopra la felic. lib. 1. c. 7.). Ex quo fieret, ut pro omnis Adversariorum in miseriam verteretur, et quidem summam. Quod bene expressit sic idem Poeta:

E' pena che avvelena
Un barbaro sospetto:
Ma una certezza è pena
Che opprime affatto un cor.

(Metastasio.)

Triplici igitur de causa Epicureos patet fuisse deceptos.

7.

Quid Academici eadem de re senserint, et quo merito.

Academici experti felicitatem non inveniri iuxta sententias Philosophorum, atque eandem inveniri non posse existimantes, projecta nimiam rerum naturalium obscuritatem, concluderunt nihil hac de re affirmare posse ab hominibus; iisdemque hoc solum solatium superesse = De omnibus dubitare =: summum bonum igitur sive felicitatem collocarunt in dubio universali.

Quam sententiam ne quis ingestitis nos velit insimulare; speciem aliquam veritatis praeferre non diffiteamur; veruntamen quam, resfirmari

eandem habemus. Primo quia summum dubium, status nempe animi qui
de omnibus dubitet de nihilo speret, est omnium malorum ultimum: quod
sic idem Poeta versibus exprimebat:

. . . . ogni tempesta
Al nocchier che dispera
E' tempesta fatal benché leggiera.

(Metastasio)

Secundo quia cum Academicis universali dubio pro summa ratione,
hoc est pro felicitate habito; tunc omnis occasio auferretur operandi; tunc
fons vitę exsiccaretur; atque homines propter summum bonum in mori:
tem ruere necesse esset. Quod vel ipse Tullius Academicis opponebat: en e:
jus verba:= Siquid officii sui sit, non occurrit animo, nihil unquam o:
mnino aget, ad nullam rem unquam impelletur: nunquam move:
bitur - - - - Qui negat quidquam posse comprehendi, instrumenta
vitę eripiunt.... vel potius totam vitam evertunt funditus =
(Acad. qu. l. 4. c. 8. n. 25).

Tertio tandem quia si hoc unum superesset hominibus ad feli:
citatem natis, universale nempe dubium, tunc sub Deo haberentur crea:
turę ad finem ejusmodi factę, ad quem impossibile esset ipsis perveni:
re: haberentur nempe creaturę, quę juxta Academicos essent dicendę ad

1834 — Malum non est negatio pura, sed privatio Boni.
Malum nihil aliud est [illegible] boni [illegible].
Bonum [illegible] est malum per essentiam, nec per [illegible]
participationem, sed per privationem participationis.
24. Jun. — Malum non est cognoscibile nisi per Bonum.
[illegible]
[illegible] sed ut Privatio in subjecto=
Aliquid est Bonum per appropinquationem ad Finem:
[illegible] Malum consistit in remotione debiti Finis... Bonum!
[illegible] Boni.=

ipso ideo quamvis innocentes in summa egestate tamen ac dolore constituti. Quid impium magis hoc possit dici non est cur probemus, cum ditissimum tyrannum, vocat Deum.

Vel Academici igitur ipsi, etsi complures habuerint [illegible] errore decepti dignoscuntur.

8.

Exponitur Puffendorfii sententia de ultimo hominis fine atque exploditur.

Puffendorfius cum aliis Protestanticis Doctoribus alius vitæ, [illegible] exitus intra sphæram hujus vitæ omnia terminari dicere non est veritus; ita ut arbitratus sit summam rationem, sive ultimum hominis finem haberi posse in hujus vitæ commodis.

Sed perperam admodum; et hisce de rationibus. Primo, quia bona cujuvis hujus vitæ a quibuscunque eodem tempore haberi nequeunt: quinimmo ex eorundem finita natura hoc sequitur, quod Firmianus Lactantius vel a suo tempore advertebat: = Dum singuli potestatis aliquid habent summa ipsa decrescit.... unicuique tantum deerit, quantum ceteri possidebunt = (in Lac. De ira Dei c. 2). Quodque sapientibus [illegible] [illegible] docti: =

Se quell' oggetto, a cui con lena aspiro,
Gli altri in-darno aver cercan del pari:
Invan pasco di un ben le mie speranze
Che cercano goder cento rivali.

Alessandro Pope

Secundo quia hujus vitae commoda possessoribus suis desideria non implent: et unusquisque pro experientia sua cum Salomone repetet: = Non saturatur oculus visu nec auris auditu impletur = (Eccli I. 8). Cum immo, ex hujus vitae commoda desideria amplificantur.

Tertio tandem quia vitae hujus commoda sunt fluxa, vel invitis Dominis: ut pulchre Poeta noster cecinit.

Parremi miserabil vanitate
fermare in cose il cor, che il tempo preme,
Che mentre più le stringi son passate.

Petrarca Trionfo del Temp. v. 40

Quocirca Pattendortio et nos libere dicimus = Filii hominum usquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium? = (Ps. IV.).

9.

Quid Platonici de summo hominis bono docuerint et quo merito

Inter Philosophos Ethnicos nulli propius ad veritatem accesserunt quam Platonici: hinc a Sanctis Ecclesiæ Patribus magnopere fuit commendata Platonica Philosophia: et Augustinum invenimus sibi ipsi gratulatum, quod non in aliorum Philosophorum scripta inciderat, sed in Platonica (Conf. lib. VII. c. 2.) utpote quæ = Fidei nostræ maxime accommodata = (D. Au. lib. 2. de Doct. Christ. n. 60).

Platonici enim sic dicti a Platone, qui fuit eorum Magister, scribit ipse Augustinus = Non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo sed fruentem Deo; non sicut corpore, vel seipso animus, aut sicut amico amicus sed sicut luce oculus = (D. Au. de civ. Dei l. VIII. c. 8).

Attamen præfati cum Aristotile amicum esse Platonem = sed magis amicam veritatem = ([illegible]), dicimus Platonicos post ipsum Augustinum in errorem versatos.

Summum enim hominis bonum, quo bono in æternum fruituros asserebant, collocabant ipsi in contemplatione ideæ summi ac æterni boni, non est Dei et quidem in contemplatione ideæ universalis [illegible] abstracta Dei [illegible] quæ quidem idea est aliquid absolutum, et quidem immutabilis [illegible] [illegible] idea [illegible] potest quam imago Dei quæ ab ipso Deo infinite distat.

nihil aliud dici potest quam bonum abstractum infinite interius illo quod est subsistens, quodque est Deus ipse.

Quibus perpensis facile est videre, omnibus iis, quibus juxta Platoni: eos datum esset frui idea illa adhuc remanere quid ultra concupiscerent. Quin immo adjungendum nobis videtur, naturam hominum per illius ideae contem: plationem expleri nullatenus posse: homines enim ut experientia continua con: stat, non solum res in abstracto cognoscere concupiscunt sed etiam in concreto: ex quo fit, ut per adeptionem boni illius abstracti a Platonicis confictі appeti: tus omnis non tolleretur.

Licet ergo Platonici nonnullis aliis veritatem attigerint, attamen in eo non collocarunt felicitatem, quo habito nil aliud esset excogitabile: atque proin de, licet minus aliis, ipsi tamen caligaverunt.

10.

In quo ex nostra sententia felicitas consistat.

Juxta nos autem ultimus hominis finis consistit = in Deo ipso viden: do, ac amando tota nostri perfectione, non hac sed altera vita =.

Dicimus ergo primum in Deo consistere: tum quia ipse est ultimus re: rum omnium finis; tum quia in eo ipso amando ac etiam vita felicitatis aliquantisper constanter experimur; tum quia solus Deus est immutabile bonum quod a possessoribus suis omnem timorem eius amittendi expellere potest; tum

quia ipse solus est bonum universale, quod omnes in omnibus explere potest.

Dicimus secundo, in Deo ipso consistere, et non in illius imagine contemplanda; atque hoc ex eo quod superiori propositione disseruimus in Platonicis confutandis. Ex quo erit facile cuicumque intelligere quantum disteinat nostra ab illorum sententia; ad quod brevius innuendum Roboretani Auctoris verba usurpabimus: = Sono questi due sistemi, inquit ille, fra loro infinitamente lontani, com'è lontana l'immagine dalla cosa immaginata, il lume che dimostra le cose, dalle cose stesse da lui mostrate; i raggi del sole finalmente, dal sole onde emanano = (Ant. Serb. Rosmini Opusc. Filos. tom. 1. pag. 2. nota alla pag. 41.).

Dicimus tertio = in ipso Deo videndo amando tota nostri perfectione =: quo enim modo, uti supra demonstravimus, creaturæ omnes habent a Deo ut perficiantur. Unde cum nos veritatis videndi, ac amandi desiderio afficiamur, consequens est, in consecutione ultimi finis non destrui, sed expleri debere in nobis per actionem propriam, per visionem nempe ac amorem, duas has animæ nostræ potentias. De qua plenitudine hoc etiam fiet, quod ipsi corpori nostro conveniat, ut ajebat Augustinus = Plenitudo sanitatis, idest incorruptionis vigor = (D. Aug. Ep. 118.).

Dicimus tandem ea omnia post hanc vitam futura: in hac enim non videmus mente nisi per speculum in ænigmate, non amamus [illegible]

nisi interrupte vel remisse. Nec operamur corpore, sine defatigatione.

Hæc est sententia nostra.

11.

Quid Christianus Wolphius elapso sæculo (obiit 1754, 76 ann. hab.) hac de re docuerit: et quid sit de eo sentiendum.

Perillustris vir Christianus Wolphius non ut Puffendorfius, aliique juris Doctores, qui summam rationem humanarum actionum, sive ultimum finem, in hac vita, circumscripserunt, atheistico fere modo (Leibn.); ipse tamen nominatim Deum a summo hominis bono exclusit, posuitque = Summum hominis bonum in non impedito progressu ad majores continuo perfectiones = (Wolf. l. 2. juris naturalis c. 3.).

Atque sic opinatus est ideo quia, ajebat, Deus est creaturis incommunicabilis, et nobis ipsis possessio Dei est supranaturalis admodum.

Sed quidquid sit de multa ejus doctrina pessime Wolphium hac de re philosophatum dicimus; vel enim sic ipse definiens collocabat felicitatem in veniendo de una ad aliam perfectionem; et tunc status ejusmodi non esset perfectio, sed via ad perfectionem; vel felicitatem collocabat in perveniendo de una perfectione ad aliam majorem et tunc status ejusmodi non esset ultimus finis: vel ipse felicitatem collocabat in continuo progressu, et tunc non in rebus, sed in tendentia ad res ipsas status perfectionis

fuisset repositus; quod Epicureorum errorem sapit, ac redolet. Nec minus erronee lapsus est suam confirmando sententiam. Christianus Wolphius licet primo aspectu vera dixisse videatur.

Verum quidem est Deum esse incommunicabilem, quando ceteroquin intelligitur subjective; non potest enim Deus nonnisi unus esse; ac proinde per sui communicationem facere non potest ut alii praeter ipsum habeantur ut Dii. Si vero Deus dicatur esse incommunicabilis objective, hoc falsum est: est enim creaturas inter et Creatorem infinita distantia, et hoc ratione subjectivae incommutabilitatis; sed Deus ipse est in omnibus, et super omnia, et omnia potest. Quod si hoc etiam secundo sensu Wolphio concederemus, nedum Deus omnipotens non esset, sed neque propter semetipsum omnia operari potuisset.

Nec Wolphio hoc etiam diffitemur, felicitatem nempe in Deo consistentem hominibus esse supernaturalem; scilicet adeptionem ejusdem vel cum ipso dicimus vires nostras superare; atque hoc ex eo, quod ad infinita ascendere nulli datum est creaturae, nec dari potest. Nam si finita ad infinitum ascendere non possunt, Deo vero, qui infinitus est ad finita descendere est possibile. Qua de causa cum Deus nos felicitatis cupidos creaverit, quae tantum in ipso haberi potest, non nobis debet, sed sibi; ut capaces simus per gratiam sui ipsius: unde D. Thomas ajebat: = Eo enim ipso quod facta est ad ima-

ginem Dei anima, capax est Dei per gratiam = (1. 2. quæ. 110. art. 10.).

Erroneum ergo est quidquid hac de re Wolphius excogitavit.

12.

Quid Teleologia expensa Philosophum deceat:

Quæ omnia ubi Philosophus disputando invenerit, hos illum decet habere sensus: summum gaudium nempe, summum desiderium, ac studium summum. Decet illum primo summum gaudium; cum enim de bonis inventis proprium est gaudere; quis non exclamabit cum Davide: = Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi; in domum Domini ibimus = (Ps. 121. 1.). Vel cum Poeta nostro:

O felici quell'alme, che in via
Sono e saranno di venir al fine
Di ch' io ragiono, quandunque e' si sia.

Petrarca Trionfo della Eter. vers. 80.

Decet illum secundo desiderium summum; cum enim omne bonum sit desiderabile, equis superius dictis perpensis, non exclamabit cum eodem Propheta = Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus = (Psal. 41. 1.). Equis ante omnia et super omnia non desiderabit? Ultimus enim finis, ut supra demonstravimus, primum debet esse

in intentione: ac merito Poeta noster cecinit:

Solo dal ciel ben si comincia un' opra!
Chi vuol fra flutti umani
Spiegar sicuro il volo,
Nello splendor del polo
Fissi lo sguardo ognor:
Chè d' un sì fido raggio
Gli sprezzatori insani
Circonda il loro viaggio
Caligine, ed orror.

Metastasio.

Summum studium decet illum tandem, qui recte de Teleologia disputavit: pro diversitate enim finis sive bonitatis, diversificari debet voluntas in operando: proindeque summum bonum summum exigit studium. Hinc Seneca scribebat:= Proponamus oportet finem summi boni, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat, veluti navigantibus ad sydus aliquod dirigendus est cursus = (Sen. Epis. 95.). Sancta est igitur sollicitudo nostra in ultimo fine acquirendo est necessaria ut, profecto ex tota anima, ex toto corde ex tota mente illuc tendamus oportet. Quod siquis de fratribus nostris aliter

ne gereret, tanto studio erga illud summum bonum nos affici debemus, ut pro viribus nostris et fratres errantes illuc compellere satagamus, dicendo eisdem cum Augustino: = Cur ergo per multa vagaris, homuncio, quaerendo bona animae tuae, et corporis tui? Ama summum bonum, in quo sunt omnia, et sufficit = (D. Aug. Man. c. 24.); vel eisdem cum Poeta nostro sic alloquendo:

Chiamavi il Cielo, e intorno vi si gira
Mostrandovi le sue bellezze eterne;
E l' occhio vostro pure a terra mira?

Dante.

Hos profecto debet sensus habere, qui Theologiae studium fuerit rite persecutus

Die 29 Julii MDCCCXXXIX.

Anni scolastici
879 880

Sum ex iis, qui miror antiquos; non tamen ut quidam, temporum nostrorum tempora despicio: neque enim fessa, et effeta natura nihil jam laudabile parit.

Plinius Junior Lib. VI Ep. XVI.

Multa sapientes faciunt, quia homines, non quia sapientes =

Seneca Epistola CX

La vera filosofia consiste nel veder le cose quali sono

Buffon.

[illegible] 24 [illegible]
879

De Odosophia.

—

Proemium.

Art. 1.

Quid Odosophia sit.

—

Odosophia, juxta vim nominis, introductionem importat ad sapientiam: nos autem per eam innuimus: = Introductionem ad philosophiam = sive ad sapientię studium

Art. 2

Ejus utilitas.

—

Quanti vero sit nobis facienda hęc disciplina ex eo apparet, quod [illegible] tyrones cognoscant 1° res, de quibus mens excogitare potest; 2° Modum addiscant res easdem inveniendi; 3° regulas addiscant res easdem inventas demonstrandi

Quę omnia maximi sunt momenti: ipsis enim cognitis, maximus pro viribus fieri potest progressus in quovis studio et disciplina. Enimvero, ut tradebat Aquinas; = Ex principiis, quę quis intellectu tenet, ad inquisitionem procedit (1)

(1) D. Tho. Q. [illegible] XXV Art. 2

Hinc introductionem hujusmodi Logicam communiter dictam, eam appellabat Aristoteles: = Organum, instrumentum, ac januam sci[illegible] = Tullius: = Omnium artium maximam, veri falsique disceptatricem =: et Augustinus: = Disciplina Disciplinarum =.

Artic. 3.

Quæ ejus partes.

Tres complectitur hæc disciplina partes: in quarum prima sermo e[illegible]it de Rebus; in secunda de rerum Inventione. in tertia de rerum in[illegible]ventarum Demonstratione.

[illegible]rtic. 4.

[illegible] studendi methodus

—

[illegible] tirocinio studendum erit sobrietati [illegible] pietati [illegible] contemplatio[illegible] [illegible] comparatione et [illegible] veritatis [illegible] atque librorum le[illegible]ctione et litterarum [illegible].

Pars I.a

De Rebus.

Monitum.

A.) Pauca admodum de Rebus verba faciemus, memores illius Se:necæ: = Cum etiamsi multum superesset otii, parce dispendendum, ut sufficeret necessariis: dementia est supervacua discere in tanta temporis egestate = (Epis. 48.).

B.) Etiamsi apud eruditos Ens, Res, Substantia eandem prorsus signi:ficationem habeant nos hic tamen distinguemus, cum plurimum accidere so:let quod aiebat celeberrimus Vico = Gli errori in filosofia nascono tutti da' o:nimie, che volgarmente si chiamano equivoci = (Vico dell'antichissima sapienza degl'Italiani:)

Dicimus igitur Ens, et Rem esse univoca, sive synonima: minus autem dicere substantiam, ut ex infra dicendis patebit.

Caput I.

Quæstio de Ente.

Art. 1.

Quid Ens, et rerum essentiæ

A.) Entis nomine venit id quod existit et quod existere potest.

B.) Rerum essentiæ sunt id per quod res ipsæ, sive entia, ab aliis

quibuscunque distinguuntur; et per quod unum aliquod sunt individuum

Quæ rerum ępertię apud aliquos Philosophos dicuntur etiam = Collectio earum rerum, quæ tale ens, et non aliud constituunt =; atque proinde appellantur etiam = Constitutiva intrinseca =.

Artic. 2.

Quotuplex Ens.

—

A.) Ens triplex est: ens nempe possibile, ens actuale sive existens: et ens rationis.

B.) Ens possibile est id quod non existit, nec certum est utrum existat; sed quod existere non repugnat; tum quia nullam involvit contradictionem in suis notis intrinsecus, sive in suis constitutivis: tum quia [illegible] aliud, per quod ex statu meræ possibilitatis eruatur

C.) Ens actuale est ens quod existentia fuerit donatum: dicitur actuale, quod fuerit extra causam positum: dicitur existens, ut ab ente possibili distinguatur

D.) Ens tandem rationis est omne quod fit ab intellectu hominis; quodque proinde ante mentis operationem non datur: nec in rerum natura est invenire: (puta) hujusmodi Centaurus, Chimera, aliaque [illegible]

[illegible]

Artic. 3.

Quotuplex ens possibile.

A.) Multiplex autem est ens possibile; duplex enim in primis est possibilitas; altera enim intrinseca et absoluta, et altera extrinseca ac relativa.

Prima habetur, quando principia constitutiva contradictionem non involvunt: sic possibilis est circulus rotundus, cum circulum inter et rotunditatem nulla sit repugnantia. Quod si essentialia se invicem destruerent, ens tunc diceretur absolute impossibile: quemadmodum est circulus quadratus.

Possibilitas vero altera, hoc est extrinseca ac relativa, habetur quando causa aliqua sive aliqua potentia aderit quae existentiam impertiri valeat enti intrinsece possibili. Ex quo sequitur 1º quod possibilitas externa semper intrinsecam supponat; 2º quod entia etiamsi intrinsece possibilia sint, tamen impossibilia omnibus illis causis, quae vi ac potentia sufficiente sunt destitutae. Sic cum alter Mundus sit Deo possibilis, homini tamen impossibilis est, eo quod potentia sufficienti ad eiusdem creationem careat.

B.) Alii autem Ens possibile bifariam distinguunt: metaphysicum nempe, physicum et morale. Metaphysicum illud est quod absolute et intrinsece non repugnat. Physicum illud est quod a causis creatis [illegible]

naturę leges, existentiam habère potest. Morale tandem illud est, quod homines generatim spectati producere possunt, licet aliquę dentur exceptiones.

Ex quo itidem patet, juxta hos Philosophos tria esse distinguenda Impossibilium genera metaphysicum nempe, physicum, et morale.

Articulus 4.

Quotuplex Ens actuale, sive existens

—

1.) Duplex est: Ens nempe inhærens et Ens subsistens. Ens inhærens est modus, sive affectio Entis existentis; v. gr. talis est nigredo aut albedo in pariete. Hic modus indiget esse existenti, veluti subjecto et basi, cui inhæreat ut existat: sic nigredo, vel albedo pariete indiget, cui inhæreat, ut existat.

Præterea hic modus entis potest mutari, non vero in semetipso, sed in subjecto; ita ut non ipse, sed subjectum mutetur; sic nigredo vel albedo mutari possunt; sed paries erit plus minusve nigra vel alba, non vero nigredo vel albedo.

Tandem hujusmodi modus entis auferri potest, et abesse, quin subje[illegible] non cui inhærebat idcirco pereat: sublata [illegible] nigredine non perit, [illegible].

Notandum attamen velim hoc non posse dici de quibuscumque entibus inhærentibus; sed tantummodo de illis, quę communiter in scholis accidentia dicuntur

Attributa enim omnia sunt totidem Entia inhaerentia; quae augeri vel minui quidem queunt, non autem tolli quin ens cui inhaerebant eodem tempore non pereat.

B) Quibus perpensis haud difficile est intelligere quid veniat nomine Entis subsistentis.

Ens subsistens est, quod constat attributis, et substat accidentibus. Quod ens non in alio quemadmodum attributa et accidentia sed per se subsistit. Quod ens semper unum est numero, et singulare et individuum; hoc est a quocunque alio ente divisum.

Quo Ente sublato, attributa etiam et accidentia tolluntur: quodque tandem mutatur per mutationem accidentium; nec perit pereuntibus ipsis.

Quodque Ens communiter dici solet substantia.

Articulus 5.

Quotuplex ens subsistens, sive substantia.

A.) Subdividitur autem ens subsistens sive substantia et quidem sex modis.

Dividitur 1º in Ens cum partibus; quod dicitur etiam Ens materiale quod in suas partes resolvi potest; quarum unaquaeque cum sit extra alias, extensionem habet. Hujusmodi entia solent dici corpora; eorum collectio ab eruditis dicitur Regnum Fossile, (et Italice Regno Minerale).

B.) Dividitur 2° in Ens cum partibus, et vita; uti sunt plantę.

[illegible] vivere dicuntur ex eo, quod exterius spectatę appareant sese mo[illegible] [illegible] [illegible] agendi proxime gaudere: cujus causa sese augmentari ac [illegible] [illegible]. Hujusmodi entia communiter vocantur vegetabilia; eorumque collectio dicitur Regnum vegetabile.

C.) Dividitur 3° in Ens cum partibus, vita, et sensu =. Hujusmodi sunt pisces maris, bestię agri, et volatilia celi. Quę Entia, cum, per quandam mutationem [illegible] in [illegible] corporibus ex [illegible] tactu aliorum entium materialium, videantur hęc eadem sentire, dicuntur prędita sensu. [illegible] quot sunt in eisdem partes, quę diversimmode immutentur, totidem sensibus prędita dicuntur. Hinc eorum partes passivę pro diversitate immutationis dicuntur visus, auditus, gustus, odoratus et tactus. Hujusmodi autem Entia [illegible] dicuntur animalia; eorumque collectio Regnum [illegible]

Addendum insuper hujusmodi animantia alimenta attrahere retinere, concoquere et expellere: ac inde [illegible] ac augmentari, et sibi similia producere; atque pleraque tanta gaudere vita ut de loco transeant in locum.

D.) Dividitur 4° in Ens cum partibus, vita, sensu et ratione. Hujusmodi sunt homines.

[illegible] ratio comprehendit [illegible] potentias scilicet vim apprehensivam, et [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] vi ipsi homines

non solum per immutationes in suo corpore factas, ob sensum nempe, cognoscunt Entia materialia; verum etiam spiritualia; nedum singularia, et præsentia, sed etiam universalia, et absentia; vi cujus rationis ipsi homines nedum causam primam et ultimam dignoscunt; sed etiam leges complures, quibus res fiunt ... cujus rationis vi nedum cognoscunt bona, verum etiam libere amant. Atque Entia hujusmodi rite dicuntur rationalia, eorumque collectio Genus Hominum dicitur.

8.) Dividitur 5° in Ens cum vita, et ratione: cujusmodi sunt Spiritus cœlestiales, et Cœlicolæ omnes, et vel ipsi Dæmones. A quibus proinde quidquid corporeum est abstrahi debet.

9.) Dividitur tandem in = Ens a se =, quod est Causa prima, principium sine principio, cujus inexistentia esset impossibilis, Ens Entium, Deus O. M.

Articulus 6.

Quotuplex Ens inhærens.

—

1.) Duplex est Ens inhærens, ut supra notabamus: aliud nempe ex quo substantia constat, et aliud cui substantia substat: attributum nempe et accidens.

Sic extensio in corporibus, sensus in brutis, et ratio in hominibus sunt attributa, cum quibus subsistunt, sine quibus illæ substantiæ pereunt.

Sic omnia illa, quibus pereuntibus, substantiæ non periment, accidentia dicuntur.

[illegible] erit hic post eruditas [illegible] alios [illegible] [illegible] substantias. Subdividuntur [illegible] attributa in generalia et specifica, sive in communia et singularia: [illegible] ad plures [illegible] [illegible] ad unam et individuam. Sic vita gaudent omnes homines: [illegible] a quocunque alio distinguitur. Vita proinde est omnibus communis: [illegible] ab alio [illegible] distinguit [illegible] [illegible] singulare.

[illegible] est [illegible] quo plura sint in entibus huiusmodi attributa [illegible] eo magis [illegible] et eo magis ad invicem differant, quo pauciora sint iisdem attributa communia.

[illegible] redirent Aristotelis Categoriae et Recentiorum Philosophorum, quae sunt totidem praedicamenta, seu classes, aut capita hoc fine [illegible] [illegible] mens veluti sub oculos haberet omnes variationes quas [illegible] subeunt in suis attributis et accidentibus. Sed haec sic [illegible] sufficiant.

Articulus 7.

Quotuplex tandem est ens rationis.

1.) Duplex est tandem ens rationis: aliud nempe, quod fit per [illegible] [illegible] fundamento in re: et aliud quod fit per abstractionem [illegible]

tur cum fundamento in re

B.) Primum est quod non reperitur a parte rei; sed effingitur ab homine per unionem duarum substantiarum, quę seorsim existunt in rerum natura, quodque ens proinde solum objective in intellectu potest esse: atque idcirco figmentum, sive mendacium dicitur. Hujusmodi sunt Poetarum deliria, reprę:sentationes et spectacula scenica, ac teatralia; chimęra sphinx, centaurus aquila biceps, et leo alas duas habens

C.) Cum fundamento autem in re sunt tria regna, de quibus supra dicebamus; sunt universalia scholarum, genera nempe et species, quibus indicantur attributa communia. Quę etiamsi non existant distinguunt tamen, et ad memoriam revocant Entia in series distributa per ea, quę reapse in iisdem existunt: atque idcirco dicuntur cum fundamento in re

Fiunt autem per abstractionem, quatenus detractis singularibus attributis relinquitur in rebus, quod commune est: quo facto ex. gr. in Petro [illegible].

Articulus 8.

Quid nihil, contrarium; simile, equale, et identicum. (et connexum (4))

A.) Nihil est negatio Entis, sive non Ens: quod apperere nemo potest nisi prius aliquo modo Ens cognoverit

4) Illud alteri est connexum, quo posito et illud ponatur necesse est et e converso: sic Pater et Filius; Causa et effectus [illegible] nulla idea negativa [illegible] positiva praeivit: [illegible] dolo vel confusio quia aliquod bonum fuerit ademptum [illegible].

[illegible] ns contr[illegible] est quod cum [illegible] Ente [illegible] possidet, et [illegible] simul [illegible] invicem nempe excludunt; [illegible] sunt [illegible] contraria.

C.) Ens simile dicitur quod attributis gaudet communibus cum [illegible] ex hoc aliis Entibus, quę una cum ipso certis gaudent attributis dicitur simile. Sic aves sibi invicem similes sunt etc.

D.) Ens ęquale dicitur, si omnia habet cum aliis Entibus communia præter existentiam: ita ut numero tantum distingueretur ab ipsis. Sic duę guttę ejusdem aquę, ac magnitudinis sunt sibi ęquales

E.) Quando vero Ens contrarium, simile, et ęquale dicitur respectu aliorum Entium, nempe relative ad alia, identicum non dicitur nisi respectu sui, nonnisi relative ad se ipsum.

Identicum ergo tunc dicitur Ens quando facta comparatione [illegible] torum et accidentium quibus hic et nunc gaudet cum [illegible] alio [illegible] non [illegible] subiisse.

Quod si [illegible] mutationem inveniretur passum, idem secum ipso esset in aliquibus, non vero in omnibus. Sic adulti idem sunt ac erant in incunabulis quoad essentialia, non vero in omnibus.

Quod si aliquod Ens, diversis sub temporibus sibi ipsi comparatum identicum inveniretur quoad attributa, et accidentia, ejusdem identitas diceretur

metaphysica. Si autem in aliquibus tantummodo identicum inveniretur [illegible] identitas diceretur moralis. Verumtamen solus Deus identitate metaphysica gaudet.

Articulus 9.
Quid totum, et quotuplex.

A) Totum est quod partibus constat, sive potentiis, aut viribus; sic corpus nostrum est aliquod totum manibus, pedibus, aliisque membris constitutum: sic anima memoria intellectu et voluntate constat. Quodvis vero totum sive illud sit corporeum, sive non, majus est quavis sua parte, vel potentia.

[illegible]plex autem dicitur [illegible], quod partibus per sejpsis subsistentibus [illegible] [illegible] ordine colligatis [illegible] [illegible] exercitus, vel societas omnis civilis: atque [illegible] [illegible] dicitur in scholis = Totum morale. sive ordinis =

Aliud vero totum partibus constat simul unitis, ac subsistentibus [illegible] [illegible] tamen, et quæ ad invicem separari possant. Tale est corpus humanum, [illegible] [illegible], et vel ipsæ plantæ. Atque solet dici in scholis = Totum physicum =.

Tertium postremo potentiis, sive partibus gaudet, distinctis quidem inter se, et simul subsistentibus, quæ tamen ad invicem separari nesciunt [illegible] [illegible] [illegible], cujus potentiæ simul subsistentes sejungi nequeant; et Totum hoc dicitur in scholis = [illegible] =

Articulus 10.

Quid suppositum, natura et persona.

A.) Suppositum, et substantia convertuntur; [illegible] enim accidit [illegible] supposito.

Attamen aliquando suppositum accipitur pro ente [illegible] donato: idcirco communiter apud eruditos sequens sententia admittitur: = Actiones sunt suppositorum =.

B.) Natura vero triplicem habet significationem: apud idiotas generationem [illegible] significat: apud doctos autem aliquando creaturarum collectionem significat aliquando unionem importat attributorum [illegible] ulterius substantiae vel etiam essentia [illegible] rei vocatur natura.

C.) Persona denique, quae post Boetium communiter definitur: = Rationalis naturae individua substantia = (Boet. Lib. de duob. natu. princ.), juxta nos significat = Substantiam rationalem =.

Articulus 11.

Quid vacuum, locus, et situs: quae Entia sint aliis; quidque sit esse in alio vel in loco.

A.) Vacuum est spatium capax corporis sine corpore: locus est superficies [illegible]. situs est pars loci. [illegible], nec situm nec locum [illegible]

-site simplici, quod est immateriale, sed solum in corporeis dari potest.

B.) Entia possibilia sunt in [illegible] suis; verum quomodo dicere non valemus. Entia existentia, quæ aliis Entibus inhærent, ipsa quoque sunt in suis subjectis; et eædem substantiæ, quatenus a substantia prima habuerunt ut esse inciperent, atque ab eadem conservantur ipsæmet sunt in Deo, quod est [illegible] Entium.

Entia pariter rationis sunt in intellectu velut totidem modificationes.

C. Esse in alio vel in loco dependentiam habet [illegible]

Sunt possibilia in causis suis, a quibus pendent ut existentiam [illegible]cipiant. Sunt accidentia in subjectis, et subjecta in Deo, a quo habent ut continue existant. Quod aliquo modo dignoscimus a comparatione piscium qui extra aquam obirent, a qua proinde retrahunt unde vivant. Atque tum [illegible]ntia possibilia, tum existentia sunt in aliis Entibus quatenus plus minusve ab illis dependent.

D.) Deus autem, cum sit [illegible] et causa prima rerum [illegible] existentium, Ipse est in omnibus non dependenter, sed efficienter; non quidem ut aliquid mensuratum sed ut dans [illegible] rebus creatis, per quod omnes perdurent.

E.) Advertimus tandem quod esse in loco quando prædicatur de creaturis, aliquam importat dependentiam, quando vero de Deo prædicatur

[illegible] corpora [illegible] et [illegible] diversimode admodum.

[illegible] in loco [illegible] ita ut una pars cor[illegible] poris [illegible] locum et pars [illegible] occupet et loci par[illegible] [illegible] modus [illegible] dicitur in scholis = [illegible] in loco, per circumscriptionem [illegible] circumscriptive =. Ex quo intelligitur modum hujusmodi competere non [illegible] sed tantum corporibus, quæ habent partes extra partes.

[illegible]iritus autem, sive quævis Entia simplicia existentia sunt quidem in [illegible] loco [illegible] essentiæ ita ut non sint alibi, nec occupent locum: qui modus [illegible] in scholis = per contactum virtutis, sive definitive =

[illegible] tandem in [illegible] Deus sed non ut aliquid mensuratum [illegible]

Articulus 12.

Quid moveri et mutari; quid mensura; quid [illegible] tempus, numerus, ævum, et æternitas.

—

[illegible] moveri est de situ in situm vel de loco in locum transire. Hinc [illegible] definiri solet = transitus [illegible] = [illegible] transitus evenire po[illegible]test quin aliquam a parte sui mutationem subeat res transiens. Mutari [illegible] est aliquid de habitis amittere, vel de novo acquirere: si enim omnia

amitterentur fieret destructio.

Et moveri, ac mutari possunt eodem tempore aliquæ substantiæ præte-
rdum Deum, qui nunquam moveri, aut mutari potest, utpote infinit[illegible].

B.) *Mensura* est regula, qua res cognoscuntur, cujusvis [illegible]
generis; utrum nempe sint Entia possibilia, vel Entia existentia, ve[illegible]
[illegible].

Per eam res cognoscuntur ab intellectu ab invicem distinguuntur, ac
veluti mensurantur: hinc dicitur etiam: = Ratio cognoscendi =.

Duæ mensura distinguitur a mensuranti, et a mensurato: intrinse-
ca autem est primo, et intrinseca secundo, et semper æqua. Duæ cognita esse
debet menti per ipsam mensuranti: et pro cujus diversitate aliæ ac aliæ res-
pondebunt menti operationes sive mensurationes.

Addendum insuper, dari mensuras externas, quarum ope res cor-
poreas mensurare: attamen hujusmodi mensuræ nihil prodessent, si qui eis
forent usuri in mente quoddam exemplar earundem non haberent.

C. [illegible] est mensura motus [illegible] prius et posterius, [illegible]
proinde habens limites, unum nempe a quo fit discessio, et alterum ad quem
pervenitur.

Hinc tempus entia non mensurat, nisi quatenus subjacent variationi:
immobilia, ac immutabilia tempore non mensurantur

Hinc etiam [illegible] tempus quoad suum quasi materiale fundari in motu, scilicet prius et posterius: atque esse suum objectum rerum [illegible]: quoad vero suum quasi formale in mente inveniri, atque per actum animæ compleri (D. Thom.). Ideo non esset tempus si non esset anima.

D.) [illegible] est mensura [illegible] rerum sibi coexistentium.

[illegible] proinde tempore, qui tamen quoad suum materiale et formale se habet æque, ac tempus.

E.) Ævum tandem, et Æternitas aliud, ac aliud sibi volunt. Ævum est mensura eorum quæ mutari ac moveri cœperunt, sed finem in variationibus suis non obtinebunt. Hinc nos quod simus immortales, dicimur æviterni. Æternitas vero initio, et fine carens, ac nulli proinde obnoxia mutationi est vita tota simul, in qua nihil est præteritum, nihil est futurum: quæ cum Deo ipso convertitur.

Hinc sequitur quod si tempore [illegible] quæ sub oculis nostris sibi succedunt, si nempe tempore mensurantur mobilia ab intellectu quoad eadem permanenti; sequitur ex hoc, quod ævum mensuret tempus, et æternitas ævum atque proinde Deus sit [illegible].

Quaestio IIª
De Fine.

—

Artic. 1.
Quid ens perfectum, et imperfectum.

—

A.) Ens perfectum illud est, cui nihil deest: hujusmodi per excellentiam habendus est Deus Optimus Maximus.

B.) Imperfectum vero ens est illud, cui aliquid deest: sic homo cujus corpus ad [illegible] status non pervenisset, imperfectus esset propter [illegible] corporis imperfectionem: actiones enim sunt suppositorum.

Articul. 2.
Quid est esse in potentia, et quid est esse in actu.

—

A.) Esse in potentia est modus entis sive ens capacitas: [illegible] entia, [illegible] sunt in potentia ad existendum: quando entia existentia sunt in potentia [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] existentiam possunt enim moveri et mutari; habent nempe capacitatem sese mutandi.

B.) Esse vero in actu vult dicere aliquam [illegible] [illegible] capacita [illegible] ut. Sic entia [illegible] [illegible] ad existendum [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Bonitas [illegible] [illegible] [illegible].

du quoad existentiam.

Esse in potentia proinde et esse in actu sunt duo modi entis, sive duo attributa rerum: perfectius tamen est esse in actu quam in potentia.

Articulus 3.

Quid actio, et passio quidque effectus, et quotaplex potentia.

A.) *Actio*, et *passio* sunt idem in se ipsis spectatae; nec ab invicem distinguuntur nisi relative. Per utramque enim vel fit ut ens possibile ad existendum veniat; vel fit ut ens existens aliquam subeat mutationem. Hoc sonant ratione sui.

Relative vero spectata hujusmodi operatio, prout ipsa procedit ab agente dicitur actio: prout vero ab alio recipitur, dicitur passio.

B.) *Effectus* autem est illud quod ex actione vel passione exurgit; qui proinde utroque potest dici *terminus*. Atque ipse effectus est ab agente veluti aliquid procedens; atque ab eodem est diversum, quemadmodum etiam distinguitur ab ente, a quo recipitur.

C.) Hinc intelligitur duplex dari potentia; alia nempe activa, et alia passiva. Potentia activa est capacitas entis producendi effectum aliquem; quę alio nomine dicitur etiam = facultas, sive vis agendi =. Potentia autem passiva est capacitas recipiendi effectum: quę etiam dicitur in scholis = mutabilitas =.

Articulus 4.

Quid finis, et quotuplex.

—

A.) Finis est quod rem terminat, eandemque veluti circumscribit.

B.) Et triplex dicitur; nempe potentiarum, operationum, et operantium.

Finis potentiarum, sive attributorum, est quod indicat earundem cessationem: qui alio nomine dicitur etiam = cessatio rei =.

Finis operationis est effectus ex quavis actione exsurgens: sic ædificium est finis operationis, quæ per verbum ædificare exprimitur; sic sanitas est finis operationis, sive illius actionis, quæ per verbum medere exprimitur. Atque finis hic appellatur etiam = finis physicus =: (italice, esito degli oper

Finis tandem operantis est = id, quod mente præconcipimus, et cujus obtinendi gratia operamur =. Sic curiositas est finis eorum, qui tantummodo student, ut cognoscant: vanitas eorum esset finis, qui studerent, ut cognoscerentur ab hominibus; avaritia esset eorum finis, qui tantum pecuniæ gratia operam studio navarent; et humilitas, si ut Deo placerent. Finis hujusmodi dicitur etiam in scholis = finis moralis, finis objectivus =. et Italice = lo scopo in mira l'intenzione =.

Nos autem hic de primo fine verba non faciemus

Articulus 5.

Duplex finis operis, sive physicus.

—

A.) Multiplex; et quidem 1º alter immanens, alter transiens. Immanens dicitur, qui perdurat in aevum; transiens vero qui plus, minus: ve perdurat temporis. Et hinc est quod distinguitur inter res immortales, et caducas, sive mortales.

B.) Subdistinguitur finis operationis in finem internum, et externum. Primus habetur, si in subjecto agente fuerit productus, et productus remaneat. Alter vero si extra subjectum ierit. Hinc mentis cogitationes nullo signo pa: tefactae sunt finis operationis internus: si vero per verba cogitationes patefiant, verba, quae ipsas cogitationes exprimunt, essent quoad animae operationem finis externus.

Nec omittendum est eodem tempore esse posse aliquem operationis finem internum, et externum, ac veluti mixtum: sic, in eo, qui loquitur fit quae: dam mentis modificatio, quae est finis cogitationis internus; et verba proferun: tur, quae audientium aures percutiunt, quae percussio est finis locutionis ex: ternus.

Articulus 6.

Quotuplex finis operantis.

A.) Multiplex est finis operantis: et primo quidem triplex: finis nempe propter quem; finis cui; et finis cum quo.

Finis propter quem est id, quod primo appetit agens, propter quem adipiscendum primo movetur, a quo proinde operans ipse prima incitamenta recipit ad operandum, et propter quem obtinendum omnia quaecumque consequenter facit. Finis hic cujus gratia omnia fiunt ex eo quod sit primus dicitur etiam principalis et eo quod sit ipse causa cur alia eligantur et fiant dicitur etiam finis summus, quasi nempe cetera ab agente volita natura sua excellat.

Quoniam autem ad finem hunc obtinendum alia eliguntur, atque fiant atque aliis electis ac factis finis ipse ultimo obtinetur, idcirco appellatur quoque finis ultimus.

Addendum insuper finem hujusmodi desiderari posse, ac exquiri duplici de causa: vel nempe ut perficiens illum concupiscentes vel ut perfectum: quod idem est ac si diceretur, vel quia bonus nobis vel quia bonus sibi; unde saepe nunc dicitur objectum concupiscentiae, nunc amicitiae.

B.) Finis autem operantis, quem dicebamus = finem cui = est p...

sona, vel suppositum, cui aliquid boni nos desideramus. Sic amicum infirmum, quem valetudinem recuperare desideramus, esset *finis cui* aliquid boni optaremus.

C.) Finis vero *cum quo* sunt omnia illa, quę fiunt, atque diguntur propter finem ultimum adipiscendum: quę omnia proinde, etiamsi voluntatis objectum ipsa sint; attamen propter se non sunt volita, sed propter aliud. Atque hęc omnia indiscriminatim sub nomine veniunt finium *intermediorum* atque *secundariorum*.

Finis tandem *cum quo* dicitur etiam *formalis*; cum quo nempe operans suum obtinet finem ultimum, atque fruitur eodem. Sic est visio Dei relate ad Cęlicolas, qua fit ut ęternum gaudeant.

Articulus 2.

Quid finis individualis, specialis: universalis naturalis et supernaturalis.

—

A.) Finis *individualis* est finis propter quem, vel cui, vel cum quo unius tantummodo operantis; verbi gratia aut Petri, aut Pauli.

Specialis vero dicitur si finis ille triplex sit plurium operantium, qui simili natura gaudeant: v. gr. hominum, qui mente pręconcipiunt quos actiones operatione consequi satagunt.

Finis universalis autem est, propter quem omnia fuere creata: qui finis dicitur etiam creationis.

B.) Naturalis habetur ille finis quem creaturæ exercitio suarum potentiarum vel consequuntur, vel consequi possunt.

Supernaturalis e contra dicitur ille finis ad quem obtinendum exercitium non sufficiat earum, quæ possidentur, potentiarum. Sic peccatori sibi ipsi relicto cœlestis Jerusalem finis est supernaturalis.

Articulus 8.

Quid status viæ, et termini; quidque bonum et malum.

A. Status viæ est status entium existentium sive creaturarum, quæ ad finem propter quem, sive primum, summum, ac ultimum tendunt.

Creaturis, quæ in hoc statu inveniuntur, finis ultimus deest: sunt proinde imperfectæ, et dicuntur esse = in via perfectionis =. Atque idcirco nos homines, qui in ultimum tendimus finem dicimur viatores, ac vita nostra peregrinatio; quinimmo quidquid movetur ac mutatur cum de uno statu ad alium transeat, cui primum deerat imperfectum est.

B.) Status vero termini est status creaturarum quæ ultra non progrediuntur: ubi proinde finis advenit omnis mutationis. Quodque duabus

..e causis evenire potest, vel propter comprehensionem finis summi, ad quem tendebant: uti Cœlicolis evenit, qui proinde comprehensores dicuntur, ac beati: vel propter amissionem omnis spei illius obtinendi finis, uti damnatis evenit.

C.) Bonum tandem est, quod convenit singulis entibus: malum proinde est quod uniuscujusque eorum naturam corrumpit: = Bonum appello, ajebat Tullius, quidquid secundum naturam est: quod contra, malum = (Cic. Lib. 3. de finib.).

Ex quo intelligimus, bonum et malum duas esse qualitates entis, quæ consequentes ens idem supponunt, nec sine eodem stare possunt.

Articulus 4.

Quotuplex bonum, et malum.

A.) Triplex est bonum: bonum summum increatum; bonum summum creaturarum; et bonum secundum quid.

Primum est ipsa Bonitas Æterna, quæ est ipse Deus: qui bonus est per essentiam, dum cætera omnia per participationem: unde Salvator ajebat: = Nemo bonus, nisi solus Deus = (Luc. XVIII. 19.). Et cum unum tantummodo sit infinitum, Ens et Bonum summum increatum in Deo reciprocantur.

Bonum autem summum creaturarum est finis propter quem fuere Divinitus creatę: qui finis quousque appetitur, est finis summus: et statim ac fuerit habitus est finis ultimus, seu formalis. Hominibus est Divina visio, vulgo Cęlum; quam consecuti comprehensores! vel Cęlicolę dicuntur

Bonum eandem secundum quid est quod viatores adjuvat ad suum consequendum finem. Sic comestiones, et vel ipsa spectacula, quę hominem capacem redderent sui finis, bona dicerentur, sed secundum quid: quatenus nempe ad aliud ordinantur. Bona proinde sunt fines omnes secundarii, et intermedii sive fines cum quo.

B) Triplex pariter est malum: Oppositorum enim eadem est disciplina: malum nempe 1° quod opponitur summo Bono increato. 2° quod opponitur summo bono creaturarum: 3° quod opponitur bono secundum quid, sive secundario.

Primum est distantia a summo Bono Increato; quę cum unum sit tantummodo infinitum, est necessaria omnibus creaturis; atque in scholis dici solet = Malum metaphysicum =.

Secundum est privatio permanens summi Boni creaturarum: sive status in quo non est locus amplius consequendi finem propter quem: qui status pro hominibus dicitur etiam perditio ęterna, sive damnatio

Tertium vero est recessus à bono secundario: hinc mala dicun:tur quæcumque actiones, per quas agens nil retraheret ad suas perfectio:nem: atque idcirco malum hujusmodi dicitur defectus. Nec in hac vita mala dicuntur hæc vel illa opera, nisi hac de ratione: quod si aliter intel:ligunt homines, fit ex eorum ignorantia, ac depravatione

Articulus 10.

Quid malum absolutum sive principium malum.

A.) Malum absolutum, sive principium malum putabatur a Ma:nichæis esse aliquid subsistens infinita malitia donatum summo Bono contrarium; atque malorum omnium, quæ in rerum natura grassantur, fons et origo.

B.) Cæterosquin nihil aliud est quam ens rationis, ac putidum sophistarum commentum. Enimvero bonum quodvis non habetur nisi cum ente; nec duo entia dari possunt infinita.

Articulus 11.

Quid malum physicum, et morale.

A.) Malum physicum est defectus bonitatis in ente corporeo; vel e:tiam sub ejus nomine veniunt tormenta, quæ spiritus ipsi paterentur ab externis agentibus corporeis: ut ignis infernalis, perditas animas cruciáns

concipitur esse.

B.) Malum morale vero est defectus voluntatis, quæ propria abutens libertate necessariam bona diligeret. Hujusmodi sunt, quæ communiter dicuntur culpæ, sive peccata et crimina.

Articulus 12.

Quid est sese perficere, ac Deo assimilari?

—

A.) Sese perficere est declinare a malo, et facere bonum, quoadusque simus viatores. Atque e converso sese corrumpere est declinare a bono, et facere malum hac in vita degentes.

B.) Assimilari Deo est sese perficere; creaturæ enim cum sint a Deo sunt propter Deum: hinc earum perfectio est de bonitate Dei Creatoris; proindeque qui sese perficiunt Divinam voluntatem in se ipsis exprimunt. Voluntas porro Dei est Deus ipse: qui igitur similes evadunt Divinæ voluntati Deo ipsi assimilantur.

Quæstio III.
De Lege.

Articulus 1.
Quid principium, principiatum et causa.

A.) Principium est id, a quo aliquid procedit, quocunque modo hoc fiat: vel nempe procedat quoad suam possibilitatem, vel quoad suam existentiam, vel quoad modum existendi.

B.) Principiatum est constitutum in esse per principium; a quo proinde dependet. Sic solis splendor est principium diei, quæ ab ipso dependet, et cujus respectu est principiatum.

C.) Causa vero est id, a quo aliquid possibile existentia donatur. Principium proinde latius sese extendit quam causa: omnis quippe causa est principium, non vero e converso.

Articulus 2.
Quotuplex principium.

A.) Multiplex est principium, tum ratione originis, tum ratione eorum, quæ ab ipso procedunt; tum ratione suæ virtutis

Ratione originis duplex est, aliud nempe æternum aliud creatum. Primum dicitur etiam principium sine principio, quod est a se, et non ab alio, utpote Deus. Alterum vero est principium cum principio, quatenus non a se, sed ab alio existit; utpote sunt creaturę omnes, a quibus aliquid procedit, quęque originem habuere.

B) Ratione eorum quę ab ipso procedunt tripliciter subdividitur principium: principium possibilitatis dicitur si rationem in se contineat cur aliquid potest esse: principium actualitatis, si rationem, cur aliquid ab eo determinatum existit; et principium constitutivum (sive essendi), si rationem in se contineat, cur aliquid sit hoc et non alio modo.

C.) Ratione autem virtutis principium subdividitur in necessarium, et liberum. Necessarium habetur quando existentia principii nequeat consistere sine existentia principiati. v.g. nemo pater sine filio. Principium liberum econtra tunc habetur, quando in ipsius arbitratu est posita ratio cur aliquid ab ipso procedat; cujus proinde existentia cum principiati existentia non est necessario connexa. Atque a principiis hujusmodi quęcunque procedunt poterant non esse; ac proinde res contingentes dicuntur. Sic mens hominis quoad volitiones suas est principium liberum, et Deus ipse quoad omnia creata ex prin:

ipsum liberum; et totus Mundus nihil aliud est quam complexio rerum contingentium.

Articulus 3.

Principiatum est ne posterius principio?

—

A.) Principiatum dicitur semper posterius principio ad significandum ejus dependentiam

B.) Veruntamen diverso modo hoc de ipso prædicatur.

Vel existentia principiati requiritur ad existentiam principii, vel non: si primo, tunc principiatum dicitur posterius ratione ordinis; si vero secundum, tunc posterius dicitur ratione temporis.

Articulus 4.

Quotuplex caussa.

—

A.) Triplex habetur caussa, efficiens nempe finalis, et exemplaris.

B.) Causa efficiens dicitur ea, a qua aliquid producitur: Causa finalis est ea, cujus gratia aliquid efficitur: Exemplaris vero est ea, juxta quam aliquid fit. Sic artifex ædificat juxta exemplar mente præconceptum.

c) Ad causam efficientem pertinet executio: ad finalem intentio: ad exemplarem directio: illa ut efficiens moveat; finalis allicit et exemplaris regat.

Articulus 5.

Multiplex ne causa efficiens?

A) Multiplex omnino est causa efficiens. Et primo duplex est prima et secunda. Causa prima est sine principio seu æterna, cujus existentia est eidem essentialis ac proinde necessaria; et a qua omnia alia procedunt, quam Deum nominamus.

Causa vero secunda habuit principium, existentia fuit illi data, ac proinde poterat non existere. Ex quo fit, quod omnis causa secunda dicitur contingens: atque hujusmodi sunt quæcumque res creatæ, a quibus aliquid producatur.

Hinc apparet causam primam tantummodo esse a se; et omnes causas secundas esse ab alio.

B.) Causa efficiens, sive prima, sive secunda, dividitur iterum in necessariam et liberam, in totalem, et particularem.

Necessaria tunc habetur, quando non potest non producere aliquid. v. gr. ut ... sunt plantæ: et e contra libera habetur quando aliquid ...

producit, sed idem etiam non producere poterat: v. gr. ut est anima nostra quoad volitiones suas.

Totalis causa tunc habetur, quando effectum suum omnino produceret viribus suis aliunde non habitis: particularis vero tunc habetur quando effectum produceat una cum aliis causis. Hinc manifestum est Deum solummodo posse esse causam totalem; et cetera omnia nonnisi causas particulares.

2.) Causa efficiens subdividitur etiam in causam materialem, instrumentalem, physicam, ac moralem.

Causa materialis est illa, quæ immutatur aliquid aliud evadens: sic lapides, et ligna fiunt statuæ; instrumentalis vero ea est, quæ quod erat remanens, veluti medium inservit ad aliquid producendum: sic calamus sic penicillus sunt duæ causæ instrumentales.

Causa autem physica est, quæ sub sensibus nostris cadit; moralis autem causa, est Spiritus libertate donati.

Articulus 6.

Multiplex ne causa exemplaris, sive ad finem dirigens?

1.) Utique multiplex vel ipsa est causa exemplaris, sive ad finem dirigens; atque in primis duplex: prima nempe et secunda

Causa Exemplaris Prima est causa ęterna, sive Deus ipse, ad cujus consilium cuncta facta sunt; quę omnium proinde causarum exemplarium fons est, et origo; at juxta quam omnia quęcunque Deus ipse velit, fiunt semper. Quę causa exemplaris ęterna dici solet etiam nunc Divina Sapientia, nunc Summa Veritas nunc etiam Lex Ratio et Idea eterna.

Causa vero Exemplaris Secunda est quęvis causa dirigens, quę initium habuit; hujusmodi proinde sunt, quę naturales dicuntur leges, quas D. Op. Max. in rerum creatione rebus ipsis indidit: et quę Positivę dicuntur leges, quę creaturis jam existentibus supranaturales leges additę fuerunt. Atque hic advertendum venit, cum nihil inconsulto Deus faciat, sed omnia juxta consilium suum, merito in scholis leges naturales dici totidem legis ęternę similitudines, ac definiri posse [illegible] participationes quasdam ipsius legis ęternę.

Hinc etiam colligitur, causam Primam exemplarem esse legem non regulatam, sed regulantem, quum e contra quęvis lex exemplaris secunda sit oporteat eodem tempore regulata ac regulans.

B.) Dividitur iterum causa Exemplaris dupliciter in Necessitantem nempe, et Liberam. Prima est, quę in subjecto quem dirigit ac informat, omnem excludit omnino libertatem, juxta quam proinde in subjecto [illegible] necessario agitur. Libera e contra cum libertate componitur, dirigit eundem [illegible] [illegible] ad finem suum, sed non necessitate, ita ut pręteriri possit.

Articulus 7

Subdividuntur ne leges naturales et positivę?

—

A.) Affirmativę: et primo quidem naturales leges subdividuntur in leges Physicas, Morales, et Metaphysicas

Leges Physicę illę dicuntur leges, juxta quas entia corporea suas exercent vires, quibus v. gr. crescunt plantę ac sentiunt animantia; et juxta quas immobiliter entia operando fines suos consequuntur

Leges Morales vero sunt, quę quidem ad finem dirigunt sed prætereiri possunt; juxta quas homo libertate pollens, vult, operatur, et suum consequitur finem; a quibus tamen pro libitu desciscere potest.

Leges tandem Metaphysicę sunt, quarum quę plura in dies ac horas intellectu suo dignoscit homo; hujusmodi sunt ex. gr. = Nil sine causa; finis est ... dicendorum; quę sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se =.

Atque hic abs re non erit adtendere, quod est in more positum in scholis, hac super re, leges Morales videlicet dici etiam solent = Leges Practicę, et Principia Practica =; earumque collectio Synderesis, vel etiam Lex Naturalis. Leges autem Metaphysicę his aliis nominibus veniunt apud doctos: dicuntur nempe nunc = Principia speculativa =, quatenus per ea homo speculatur; et nunc = Ideę, sive Formę =; earumque collectio = Habitus principiorum speculativorum = vel etiam = ... Hinc est quod dicatur ab Aquinate: idea = est forma exemplaris, qua res fiunt et cognoscuntur, quę est in mente artificis =.

B.) Positivę vero Leges subdividuntur in Leges Divinas, et Humanas. Divinę sunt illę, quas Deus naturalibus superaddere dignatur; cujusmodi erant Leges Mosaycę. Humanę vero dicuntur e contra, quę ab hominibus sunt factę. Hujusmodi sunt totidem leges familiares, jura civitatum, et leges Patrię.

Articulus 8.

Quę res sint verę, et quę falsę; quidque veritas, atque falsitas.

—

A.) Verę dicuntur res illę, quę sint factę juxta leges illius, a quo ipsę dependent. Falsę e contra tunc dicendę sunt, quando a suis principiis deficerent

B.) Hinc est, quod rerum veritas sita sit in rerum earundem correspondentia cum suis principiis, a quibus dependent: quum e contra falsitas rerum sit earundem deficientia a suis principiis

C.) Hinc merito tradebat Aquinas: = Veritas est adęquatio rei, et intellectus =: atque proinde fit quod = in rebus neque veritas neque falsitas est nisi per ordinem ad intellectum . . . . ut ad principium a quo dependent =. Quapropter quę a Deo sunt semper vera sunt dum falsa tantummodo esse possunt quę a creaturis liberę fieri possunt. Atque quoniam nec magis suscipit, nec minus ęqualitas, consequens est, res non dari plus, minusve veras, aut falsas.

Quinimmo, cum leges omnes naturales, juxta quas res fiunt, ac dignoscuntur, nihil aliud sint, quam totidem participationes legis ęternę; animadvertere refert, nil verum esse aut falsum nisi in ordinem ad veritatem ęternam, ad cujus similitum factę sunt omnes earum exemplares.

Articulus 9.

Quid sibi velit hominis Voluntas ~ –

A.) Hominis voluntas est principium possibilitatis; quatenus ab ipsa nonnulla possibilia dependeant: quæ ita sunt in ejus potestate, ut possit eadem, quando sibi libeat in actum reducere. Hinc hæc hominis facultas idem est ac liberum arbitrium sive libertas hominis.

Insuper est principium actualitatis, quatenus inter complura, quæ homo voluntate sua facere potest, nonnulla producat, donetque existentia. Quocirca hæc hominis facultas est etiam causa efficiens, et libera, dominium nempe habens suorum actuum.

Est præterea hominis voluntas principium quoque constitutivum, quatenus nempe aliquando faciat ut res aliunde existentes, alias ac alias subeant modificationes quoad modum existendi.

B.) Sed hæc tam admirabilis hominis facultas non est a se, sed a Deo, sed a causa prima, sed a principio efficienti æterno; proindeque est principiatum; cum principiato sit, est causa efficiens secunda.

Atque idcirco est etiam propter aliud, quinimmo propter Deum, qui primus est atque novissimus. Hinc hominis voluntas non est in potentia quoad principium et finem suum; sed tantummodo est in potentia respectu eorum quæ sunt ad finem (D. Thomas). Hinc libertate pollet ac utitur tantummodo in illis quæ ad finem conducere videntur.

C.) Hę vero voluntas nihil valt nisi sub ratione boni, ita ut non determinatur ad unum nisi per consilium rationis; nec capit objectum ab intellectu nonnisi apprehensum ut bonum (D. Thomas)

Ex quo intelligitur humanam voluntatem

Articulus 10.

Quid sint, et quę hominis vires: quidque sit et quotuplex sive appetitus, sive delectatio.

A.) Vires hominis sunt ejus potentię, quibus eum Deus munivit; et quibus ipse homo libertate sua uti potest ad se ipsum perficiendum: proindeque vires, ac potentię convertuntur ad invicem.

Atqui hujusmodi sunt intellectus, voluntas, corpus quibus ipse constat et alia omnia extra illum sita de quibus disponere potest. Hinc triplicis generis sunt hominis vires, alię nempe intellectuales, morales alię, et alię physicę.

Quę hominis vires vulgo etiam distinguuntur in bona animi, ad quę pertinent scientia et virtus. et in bona corporis, ad quę pertinent sanitas, robur [illegible] etc., atque in bona fortunę, ad quę pertinent divitię, domus, fundus, pecunia etc.

B.) Appetitus vero hominis nec ejus vires sunt, nec finis, propter quem vires ipsas obtinuit: sed est quid medium inter potentiam et effectum (D. Thomas),

inter facultatem agendi, actionemque ipsam (Leibnitius): ita ut nec appetitus nec potentia nuda ipsa sit, nec actus; sed quædam inchoatio actus, vel quasi actus (D. Thomas); sive conatus actum quemdam continens (Leibn.) quod gravis suspensi exemplo, et arcus tensi illustrabat Leibnitius. Unde appetitus communiter definitur = Inclinatio cujuslibet rei in aliquid = (D. Thomas)

Duplicis autem generis est in homine appetitus; alter nempe appetitus rectus, corruptus alter. Rectus dicitur si hominem inclinat ad debitos actus, ac finem suum; corruptus vero si hominem extra leges reddat proclivem. Et quoniam iuxta leges operans homo semetipsum perficit, hinc factum est, quod alter dicatur rectus alter corruptus, propterea quod hominem trahat veluti in suam ruinam.

Communiter solet etiam dici appetitus rectus charitas, atque amor sui y...; quum e contra appetitus corruptus dici soleat cupiditas, concupiscentia; vulgo autem rapinæ, tentationes, ac amor proprius.

C.) Delectatio tandem, de qua tantopere scriptum fuit, ipsa est = Quies appetitus propter finis, in quem tendebat, præsentiam =.

Multiplex vero est delectatio, primo ratione status hominum; secundo ratione eorundem virium; tertio ratione ordinis potentiarum inter se.

Duplex est status hominis, viæ nempe ac termini; ex quo fit ut plena esse non possit hominibus delectatio, nisi ipsis comprehensoribus: et quantumlibet viatores habeantur virtute præditi, nonnisi delectatione imperfecta gaudebunt. Quocirca in viatoribus maxima, quæ esse possit delectatio, semper erit imperfecta; dum vel minima in comprehensoribus, plena omnino habebitur.

Et cum triplices generis sint vires hominis physicę nempe moralę et intellectuales fit secundo ut delectatio viatorum subdividatur in physicam, seu corporalem sive secundum sensum· et in moralem sive secundum voluntatem· atque in mentalem, sive secundum contemplationem.

Delectatio sensibilis consistit in conjunctione convenientis secundum sensum tactu tantum, sicut et dolor in lęsione ejus (D. Thom.); quę delectatio major est in ętate juvenili, quam virili et majus adhuc quam senili; et major insuper est in illis, qui vel abundant sensu, et deficiunt intellectu vel eodem incaluerunt: hujus modi enim dentis, et maxime venereis, mens infirmatur, animus mollescit ad hebescendum usque. Atque hęc corporalis delectatio communiter appellatur voluptas, ejusque fautores voluptuosi, et molles.

Delectatio vero moralis, sive secundum voluntatem quoad viatores consistit in tendentia ad ultimum finem juxta leges; quod idem sonat ac si diceretur [illegible] sistere in virtutis exercitio, sive in amore recto. Atque hęc moralis delectatio est fons amicitię ac virtutum omnium sprocacarum: hinc bella, hinc fędera, et alia hujusmodi. Et inter adultos fere semper enasci, et inter senes adolescere solet· et fit intensior virtutis ejus exercitio

Delectatio denique mentalis, sive secundum contemplationem consistit in cognitione boni [illegible] malis, vel apparentis. Quum enim homo per ratiocinationem veritatis [illegible], et sępe numero rerum apparentia decipiatur, hinc est, quod aliquando delectatione [illegible] afficiatur erronea. Quod maxime fit propter appetitus quos patitur commistos, qui plus ęquo in devia illum inclinat.

R[illegible] dividitur delectatio in veram ac falsam. Delectatio vera illa dicitur qua appetitus quiescit in opere rationi consentaneo, et fallax e converso. Hinc Psaltes: = Filii hominum, usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium? = et illud Sapientis = vana est pulchritudo: timens Dominum ipse laudabitur =

Ratione ordinis pariter datur delectatio in mente propter cognitam veritatem cum appetitu, sive desiderio in voluntate: prius enim cognoscimus, inde obtinemus.

Postremo datur delectatio cum voluntate desideranti, quae in tristitiam convertitur in non habenti. Hinc scite tradebat D. Gregorius Papa: = Hoc differre fratres carissimi, inter delitias corporis, et cordis solet, (hoc est falsas, et veras) quod corporales delitiae cum non habentur grave in se desiderium accendunt; cum vero habitae eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. At contra spirituales delitiae cum non habentur in fastidio sunt; cum vero habentur, in desiderio tanto-que a comedente amplius esuriuntur, in quanto et ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, [illegible] In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat. In istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales delitiae desiderium in mente dum satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur eo amplius cognoscitur quod ametur vividius et ideirco non habitae amari non possunt quia earum sapor ignoratur = (D. Gregor. Hom. XXXVI. in Lucam).

Articulus II.

Quid sunt actus hominis et actus humani, quidque honestas justitia, utilitas, et sanctitas.

A.) Actus hominis sunt motus, qui quidem ab homine procedunt atque in sua anima, aut corpore eveniunt: sed sine prævia cognitione ac voluntate. Qui proinde actus dicuntur motus indeliberati, et motus primo primi.

Actus e contra humani dicuntur ii, qui fiunt, uti Aquinas tradebat = per rationem ac voluntatem =, prævia nempe cognitione ac voluntate: quos propterea efficit homo = intellectu cognoscente, et voluntate cognitum amplectente =. Atque dicuntur idcirco actus humani, vel etiam actus deliberati.

Quod si aliquid ab homine fieret vel sine prævia cognitione, vel sine libera electione, involuntarium diceretur: voluntarium autem quod fieret humano modo. Quod si fieret sine prævia cognitione spontaneum etiam diceretur.

B.) Honestum vocamus, quod est legi morali consentaneum; justum, quod rectum est secundum regulam rationis: proindeque honestum, et justum convertuntur. Atque probum appellare hominem, idem est ac honestum dicere sive justum.

Utile autem est = quod perducit ad finem =: et plus minusve [illegible] res utiles prout plus minusve perducant ad finem. Attamen in praxi nomen hoc est ambiguum et incertæ significationis, ex eo quod homines cupiditatibus illecti, finem [illegible] requirant extra finem. Atque hæc est causa, cur vulgo multa [illegible] dummodo [illegible] per calumnias [illegible]

tanquam utilia putentur, quamvis non sint honesta, sed perperam admodum quoniam enim homo secundum leges duntaxat operando seipsum perficiat, quid: quid contra leges operatur, unumquodque videtur utile ab honesto sejunctum, illud magis nocet eidem homini; quinimmo maxima inter hujusmodi utilitates nihil est vel nocet [illegible] subito ad lapsum quod incurritur. Hinc illa Christi sententia: = Quid enim prodest homini si mundum universum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur? = Mat. XV. 26. Et Tullius: = Quod honestum non est, dicebat, id ne utile quidem putandum est =; qui etiam refert: = Socratem execrari solitum eos, qui primum hæc natura cohærentia opinione disjunxissent =.

[illegible] denique dicitur quidquid honestum et justum fuerit

Articulus 12.

Quid Casus, Fatum et Providentia; quæ opera bona, et mala; virtus et vitium; et quæ radix omnis humanæ perfectionis: quæque eandem res Physicæ, Morales, et Metaphysicæ.

Casus lato sensu est cujuscunque causæ defectus, sive negatio: stricto vero sensu [illegible] de rebus contingentibus instituto, Casus est ignoratio causarum hujus, vel [illegible] effectus, qui effectus ideirco dicitur casualis atque etiam casus. Qui si votis [illegible] favet dicitur Fortuna, secus, Infortunium.

[illegible] extendit fatum [illegible] significatione est negatio [illegible] in Deo [illegible] ratione [illegible] de [illegible]

[illegible]

primo Epicuri, qui athomis, sive elementis materię tribuit ęternum, et ineluctabilem motum per infinitum spatium, sive inane; qui athomi postea fortuito concursu inter se cohęrentes, mundum efformarunt. Secundo Fatum Stoicorum qui omnia humana ex ineluctabile ordine causarum Divinarum constitutę fieri videbant. Tertio Fatum Pantheistarum, sive Spinozę, qui Mundum ipsum Dei substantiam ejusque mutationes totidem Dei ipsius modificationes dictitando omnia necessitate fieri efficiebant. Quarto Fatum Astrologicum ab Assyriis et Chaldęis derivatum qui ex situ, et immutabili influxu syderum res omnes atque eventus absoluta necessitate provenire putabant.

Providentia demum est sapientia Dei qua res a se factas in suos ordinat fines: quę proinde omnes complectitur leges, tum naturales, tum positivo-Divinas, quęque etiam definiri solet: = Ordo rerum in fines suos =.

B.) Opera bona in hominibus sunt omnes actus humani secundum Leges a Providentia latas: secus vero opera mala.

Virtus autem plures habet significationes: si naturalis ipsa sit est habitus principiorum, seu lex ęterna hominis participata si infusa sit vero, est uberior ipsius legis ęternę facta participatio. Sed nos hic pręcipue de virtute acquisita verba facimus. Hęc igitur virtus non est nec actus nec potentia ipsa sed quędam potentiarum perfectio per repetitionem bonorum operum obtenta, qua fit ut procliviores simus ad eadem opera patranda atque ut opera ipsa sint nobis facilia factu.

Vitium vero est oppositum virtuti: vias enim explanat ad ruinam.

C.) Radix humanę perfectionis omnis vera, ęterna est Divina sapientia; naturalis, sive temporaria, sunt leges innatę vel Divinitus superadditę, vel ab hominibus rite deductę ab illis.

Porro omnibus in casubus veritas est sola solidissima radix omnis humanę perfectionis. Hinc est quod ratio dicitur radix omnium virtutum: atque voluntas non determinatur ad unum, nisi per consilium rationis (D. Thomas). Atque semper velut axioma apud Philosophos audiet illud Esdrę: = super omnia vincit veritas = (1. Esd. XXX).

Propter veritas semper utilis; nusquam autem error.

D.) Quibus rejectis dicimus tandem quid ex nostra sententia sibi velint res Physicę, Morales et Metaphysicę.

Res Physicę sunt, quę locum occupant, extensionę donatę, quę partibus constant, quę ab invicem possunt dividi; quęque tempore mensurantur.

Morales sunt actus humani, tum boni, tum mali, quorum ope homo [illegible] minusve se ipsum perficit vel corrumpit [illegible] [illegible] opera [illegible] singillatim [illegible] sunt accensenda, sed quę etiam collective fierent. Hinc sunt todidem Res Morales vel ipsę leges familiares, jus patrium atque gentium et vel ipsi codices, qui sunt legum hujus vel illius gentis collectiones. Hujusmodi autem [illegible] non mensurantur, nisi per earundem comparationem cum legibus factam, juxta quas sese gerere debebat hic vel ille homo, hęc vel alia natio. Non mensurantur proinde res Morales sensibus, in quibus non est veritas, sed intellectu.

Res Metaphysicę sunt simplices, necessarię, immutabiles: sunt principia, quorum ope alia mensurantur, quęque non progressive comprehenduntur, sed unumquodque eorum simul tantum contemplantur. Aristoteles hujusmodi res nomine rerum altissimarum appellabat: atque hęc sunt, quas superius dicebamus leges naturales, principia speculativa et practica, quę sunt totidem legis ęternę participationes, et quorum ope fit ut res fiant, et factę dignoscantur.

7 Julii an 1830.

Proemium
in Universam Philosophiam.

ONTOLOGIA
prima Philosophiæ Pars —

Caput I.

De Mundo — sive Cosmologia.

Caput II

— De Homine — sive Anthropologia.

Quæstio I.

De ejusdem Operationibus, ac Potentiis.

Quæstio II.

De ejusdem Corpore, et Anima

Quæstio III.

De ejusdem Origine.

Caput III.

De Deo — sive Theologia.

Quæstio I°.

De Existentia Dei.

Quæstio II°.

De Divinis Attributis.

Quæstio III.

De Erroribus circa Dei Existentiam ac Di[illegible]

7 Gen. 1871.

De Ontologia.

Præfatio.

Caput Primum.

1871 ... 25 ...

P. I

Caput II
25 ...

Quaestio I.
An Homo sit Passivus, sive ...

Pr. I.
...

Quaest. II.
An Homo sit Activus, sive ...

Pr. I.
Patitur Homo.

Hr. 1 Patitur Homo ...
Hr. 2 ...
Hr. 3 Ex oratione ...
Hr. 4 ...
Hr. 5

Anthropologia
Quaestio I.
De corpore Humano
Pr. I. ...

Articulus IV.

Utrum hominis anima sit incorporea, hoc est simplex et spiritualis ..

A.) Etiamsi autem fateamur oportet, nos omnes recordari, cognoscere, ac velle, nec idcirco dicere valeamus quid in se ipso sit principium hoc nobis inhærens, quo recordamur cognoscimus, ac volumus, attamen hoc idem principium, quod animam hominis communi vocabulo appellamus, incorporeum esse dicimus, hoc est simplex omnino, ac spiritale.

Atque hoc demonstrandum aggredimur adversus Materialistas, qui contra docuere, et vel ipsum Lockium, qui de hoc dubitare ausus est, et quidem triplici de causa demonstrabimus

B.) Et primam quam damus causam, ex animę memoria eruimus sic argumentantes.

Corpus, quod neminem latet nonnisi per motum immutatur; ac proinde nisi per corruptionem suę pristinę formę in aliud mutatur: insuper quas subit immutationes, sive formas, partiales sunt, ac individuatę: quę quidem pugnam excluduntur ab invicem.

At omnia ex adverso fiunt in memoria: hęc enim semper eodem in loco manens novas ac novas recipit ac retinet impressiones: quę tantum abest, ut recipiantur cum corruptione antecedentium, quin potius pri

stinę ~~sæpe~~ sæpius perficiuntur. Insuper, quas memoria recipit impressiones, sive cognitiones, aliquando partiales quidem sunt ac individuatę, sed universales quoque non raro, ac genericę. Et, quod maximi est faciendum, recipit ipsa ac retinet ideas secum ipsis pugnantes atque contradictorias.

Ergo hominis anima propter eam, qua gaudet, memoriam corporea omnino non est.

b.) Secundam autem quam damus causam, ex intellectu derivamus ita ratiocinantes.

Quodvis corpus per plura non augmentatur, nisi secundum diversas sui partes, recipiendo v. gr. una parte unum colorem, alterum alia sui parte, utrumque nacturus. Nec corpus ullum unam sui partem alia mensurat: impossibile enim est duo corpora, vel duę partes se invicem continere, cum continens excedat contentum: nullus prętęrea corpus actione sua reflectitur super agentem.

Sed homo intellectu suo contraria omnino patitur: perficitur enim per plura, sed secundum totum se ipsum, quod patet ex eo quod plurium habeat conscientiam. Insuper res, quas ipse cognovit, ad invicem comparat, de iisdem judicium proferens: et quod mirum est, intellectus supra se ipsum agendo reflectitur: quo fit ut homo intellectu suo nedum res intellectas contempletur, verum etiam se ipsum intelligentem intelligat.

Ergo ratione etiam sui intellectus gaudet homo anima simplici omnino ac spirituali.

D.) Argumentamur tandem in Materialistas ex eo, quod homo voluntate sua plura operetur.

Res est omnibus manifesta, corpora nonnisi in res tendere corporeas praesentia appetere, ac omnino libertate destitui.

Anima hominis autem voluntate sua, nedum corporea, verum etiam incorporea appetit uti sunt virtutes, ac bona quaevis spiritualia; nedum fertur in praesentia, sed etiam in absentia, in praeterita, ac futura: quodque maximum est, libertate gaudet, qua vult, et non vult, et dominium habeat suorum actuum.

Ergo hominis anima utpote volens, simplex admodum est habenda.

E.) Atque proinde cum ea, quae propria sunt tum corporis, tum animae ad invicem sese excludant atque contraria sint omnimode; consequens est, nonnisi inanem esse Materialistarum opinionem, ac puerile commentum.

Nec virum sane decet Lokiana dubitatio; si enim in dubium revocari posset quaestio, utrum Deus nempe posset corpora vi cogitandi donare, tunc etiam nihil prohiberet, quominus dubitari etiam posset, an Deus ipse non possit = contraria facere, quod se invicem non excludunt = Quod idem est ac si diceretur, posse licite dubitari, Deum ipsum agere posse contra rationem

hoc est contra legem, ac proinde contra se ipsum. Quod omnino absurdum.

Licet itaque nos lateat, quid sit animę natura, sive essentia; evidens tamen nobis est eandem incorpoream prorsus esse ac simplicem et spiritualem.

3) Animę proinde simplicitas, quam in concilio Viennensi SS. Patres declararunt: quamque ipse Christus discipulis suis revelasse videtur redivivus in illis verbis: = Videte manus meas, et pedes meos; quia ego ipse sum: palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere = (Luc. XXIV. 39.): hęc, dicimus, animę simplicitas vel ipso rationis lumine nobis innotescit.

Articulus V.

Utrum in hominis anima aliqua detur Trinitatis imago

—

A.) Respondemus affirmative post D. Augustinum (Lib. XIV. De Trinit.), et Petro Lombardo nobis Magistro. Atque jam nulla interjecta mora inspiciamus.

Deum nos credimus in tribus Personis; ac inde Unitatem in Trinitate veneramur.

Mens nostra porro meminit sui, intelligit et diligit se; nec memoria idem est ac intelligentia et voluntas, sed vere hęc ab invicem distinguuntur; et tamen non tres vitę, sed una vita; non tres mentes, sed una mens.

Aliqua igitur Trinitatis species in hominis anima apparet.

B.) Insuper tres Divinę Personę nedum singulę in se ipsis, sed in singulis

inque inexistunt: ita ut nedum Pater in se ipso, et Filius in se ipso, et Spiritus Sanctus in se ipso sit sed etiam unus alteri inexistat.

At hæc etiam aliqualiter in humana anima signata inveniuntur. Memini enim me memoriam habere; intelligo me intelligere; atque volo me velle; proindeque singula ex tribus animæ sunt in se ipsis. Sed etiam memini me habere intelligentiam, et voluntatem: intelligo me velle ac meminisse; atque volo me meminisse ac intelligere. Igitur singula ex tribus animæ singulis inexistunt.

C.) Tandem fide tenemus Patrem a nullo esse factum. Filium a Patre solo genitum et Spiritum Sanctum ab utroque procedere.

At homo anima sua nihil amat in particulari, nisi prius mente cognitum, nec aliquid ipse cognoscit, nisi per aliqua prius nota, ac memoriæ mandata. Quod idem est ac si diceretur: memoria, si Deum excipias, a nemine fuit facta; quando intelligentia a memoria dependet; voluntas vero ab utraque.

Habemus igitur in anima nostra aliquam Triadis augustæ imaginem.

D.) Fateamur tamen oportet discrimen infinitum prope intercedere imaginem hanc inter et Deum: 1º quia Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus; non tamen memoria, vel intelligentia vel voluntas singillatim sunt homo: sunt enim ipsius, haud vero ipse. Insuper quæ tria sunt in nobis, una sunt Persona non tres ut in Divinis

Dicamus ergo cum Petro Lombardo, dari quidem in mente nostra Trinitatis imaginem, exiguam autem (Pet. Lom. Senten. lib. 2° [illegible]

Articulus VI.

Utrum negotium facessant Materialistarum momenta

A.) Etiamsi vero ex superius dictis animæ simplicitas vel unitas irruat in oculos, fatendum est tamen, aliquod negotium primo intuitu facessere studiis Materialistarum momenta. Quocirca aliqua ex ipsis sumpta abs re non erit refutare.

Atque in primis ita argumentantur. Vis motrix, motus, gravitas et attractio sunt res simplices et corporibus insunt. nulla ergo est causa, cur simplicem dicamus animum ex eo, quod cogitationes habeat simplices. Sic cum suis Voltairus in animæ simplicitatem debacchando ratiocinabatur.

Fallaci attamen consequentia. Quæ enim est vis motrix prima, extra corpora exstans, sine dubio ea est simplex: nullatenus vero illa, quæ inest corpori m.. , et cum qua illud ipsum corpus motum in aliud corpus impingens, illud movet. Nam hæc vis insita nunc partim, nunc ex toto transfunditur, nisi paulatim nunc repente deficit recipiendæ omnino divisionis. Quod si una dici solet talis est non unitate metaphysica, sed physica solummodo.

Quod etiam de ceteris est dicendum: motus enim est mensurabilis et divisibilis. De quo praeclarum virum Bergerium dicentem iuvat audire: = Il moto è il passaggio [illegible] del corpo da un punto dello spazio ad un altro. Concepiamo noi forse il pensiero per mezzo di questa definizione: il pensiero è egli un moto più o men rapido in linea retta, o in linea curva? . . . . Il moto egli può misurarsi: egli è suscettibile del più e del meno. noi ne calcoliamo i momenti, i gradi di forza, e di celerità . . . . . Il moto si comunica, e si divide: il corpo che lo imprime ne perde in proporzione di quello ch'egli ne dà. Nessuna di queste cose conviene al pensiero. egli non ha nè momenti, nè gradi: non può essere sottomesso al calcolo: non si comunica per alcun modo: il mio pensiero non è quello di un altro, è indivisibile e con meco identificato. Due spiriti non possono concorrere a formare lo stesso pensiero: nè possono dividerselo fra di loro =

Similiter gravitas, et attractio in corporibus considerata, hoc est in concreto sunt mensurabiles ac divisibiles, quod si eas in abstracto velis spectare, non est amplius de corporibus quaestio. Quapropter Voltairius cum suis nonnisi [illegible] [illegible]

(1) Alii ex materialistis vero hac alia incedentes via sibi consulere videbantur

Si quis aliquid facere nequeat, idem non est concludendum de pluribus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Quod videre est in horologio cuius partes etiam si ab invicem

sejunctę horas obsignare nequeant, tamen simul dispositę illud prgstant. Ergo a pari, licet una vel alia corporis pars a cęteris sejuncta cogitare nequeat, cogitabunt tamen plures simul dispositę. Atque proinde nulla adest necessitas animas dicendi immateriales.

Sit hęc ipsa objectio nonnisi specie tenus negotium facessere illico dicemus. Atque in primis distinguimus antecedens: et dicimus: = Siquis aliquid facere nequeat, eo quod viribus ad ipsum faciendum numero, ac pondere sufficienti pręditus non sit, tunc quidem idem omnino dicendum non est ex pluribus ejusdem generis et simul unitis, utpote quia unis viribus unitis, aliquid possunt quod unius nullatenus poterant. Hoc sensu antecedens concedimus adversariis nostris. —— Siquis vero aliquid facere nequeat ex eo, quod nec ex toto, nec ex parte vires possideat ad illud faciendum, tunc autem idem non posse de pluribus, ejusdem generis simul unitis dicendum absolute negamus. Cujus distinctionis rationem necessariam exemplo illustrare juvat. Enimvero si unus homo una vice vitulum comedere nequeat, idem profecto non posset dici de multis simul unitis, ex eo quod plures simul appetitu sufficienti valeant, qui appetitus non nisi ineptus in uno homine. Si vero unum cadaver incedere nequeat, nec tamen poterunt multa. Dicimus itaque a sensu distributivo ad collectivum non valere illationem in non essentialibus; valere autem in essentialibus.

Quocirca ex eo quod nobis conceptum est ab Adversariis nullam materiei

particulam cogitare posse quoniam [illegible] materiei [illegible] essentialiter huic opponitur: falsa omnino est consequentia quam ipsi deducebant.

Nec paritas horologii ad rem facit: vanum est enim dicere quod horas obsignat, eo modo pro anima ibi ipsi cogitans [illegible]. Unde optime ajebat [illegible] [illegible]: = Quodvis enim ens ibi repraesentat [illegible] alteri sibi cogitat non alteri= [illegible] horarum [illegible] mensuratur, ac proinde divisibiles. Et si unam dicis et simplicem quidem, hoc est in mente considerantis extra horologium omnino.

Nonnisi igitur risu digna hac ipsa secunda objectio licet fucata

C) Instant tertio [illegible] ita argumentantes.

Impressiones subsequuntur sensationes, sensationes judicia, et propositiones: et [illegible] [illegible] et orationes. Sed impressiones ex motibus fiunt, quorum materia ipsa est capax. Ergo mentis operationes nihil aliud sunt nisi corporis immutatione sive materiei [illegible].

Verumtamen talia opponere Adversarios pudere deberet si rationis compotes essent. Quem enim nobis opponunt syllogismum, forma laborat, quum quatuor ipse habeat terminos; nam in 1.ª propositione fit sermo de rebus, quae post alias res apparent; quando in 2.ª de [illegible] cujusque causa instituitur sermo. Quapropter quidquid sit de veritate aut falsitate propositionum praemissarum, falsa omnino est [illegible] [illegible] quae [illegible] consequentia.

Quis enim nostrum risum contineret vel indignationem siquis elata ce.

vice ratiocinari ibi videretur, sic dicendo: In rerum creatione post Cœlum et terram Adam et Evam apparuerunt; sed Cœlum, et terra aliaque inanimata creari poterant a Deo. Ergo Cœlum et terra, Adam et Eva sunt omnino inanimata.

D.) Demum melius consulti dicunt utique mentis operationes nonnisi corporis modificatione esse hisce de causis: quia nempe nonnisi nervorum artificio fiant; ipsorumque nervorum subeant mutationes: anima enim cum corpore crescit, adolescit, senescit, roboratur, et infirmatur. Insuper si anima daretur simplex, nec excogitare quidam possemus actionem mutuam corpus inter et animam.

... ipsi; sed incassum adhuc licet difficultatem quamdam problema usque objectio praeseferat. Atque imprimis nos Adversariis damus = quae sensuum operationes mentis fieri; negamus autem nonnisi ope eorumdem nonnisi in sensuum commotionibus mentis operationes consistere et sequentibus de causis 1º Primo quia complures fiunt in corporibus impressiones quas tamen non sentimus; quod videre est in paralyticis. 2º quia interdum accidit ut sensationem experiamur quamvis non existant illae corporis partes, ad quas eam referimus. v. gr. homo cui amputatum fuerit brachium, vel crus, brachii vel cruris non existentis dolore afficitur. 3º quia aliquando mentis operationes ... constat, etiamsi cerebrum partim deficerat; 4º quia mentis operationes

exsuperant omnino naturam motus; sunt enim simplices ideę, abstractę, generales, contradictorię, et liberę. Utcumque igitur nonnisi post sensuum commotionem mentis operationes exsurgant; attamen absurdum est dicere in sensuum immutationibus mentis operationes consistere.

Concedimus pariter animam corporis vicissitudines summopere pati; nec ideo isti credant sibi posse concludere, animam etiam corpoream esse. Hoc enim fit ex ea dependentia, quam corpus inter et animam intercedere voluit rerum omnium Opifex. Cujus dependentię efficaciam sic illustrabat singularis quidam vir: = Date, ajebat, che il più industrioso artefice debba appoggiarsi ad una certa macchina, cosicchè egli non possa operare senza di essa. Guastandosi la macchina, l'artefice non può più dare le stesse prove d'industria; e se il giuoco della macchina si arresta, l'artefice si arresta egualmente, e direbbesi ch'egli ha perduta tutta l'attività sua. Allo stesso modo al più eccellente musico pongasi un flauto discordante, egli non caverà che falsi tuoni; e chi non sapesse il difetto del flauto, non saprebbe pure che fosse addivenuto della sua abilità. Nella stessa maniera l'anima addiviene legata al corpo =

Quod vero ultimo loco opponunt, animas ideo dicendas corporeas, quod aliter nec cogitare quidem possemus quomodo animam inter et corpus mutuum haberetur commercium: nos etiam rem istam prorsus menti nostrę impervium fatemur; negando attamen quod illico ipsi deducere volunt.

Non cognoscimus quomodo anima in corpus, et corpus in animam operentur: cognoscimus autem quod anima sit simplex: = Numquid ideo negandum est, clamabimus hic cum Divo Augustino, numquid ideo negandum est, quod apertum est: quia comprehendi non potest quod occultum est? Numquid propterea dicturi sumus non ita esse, quoniam cur ita sit non possumus invenire? = (S. Aug. De dono persev. cap. XIV).

Sed profligatis copiis, consilium non mutant Materialistæ, eo reducti ut resistant negantes. Quid autem ex hoc? Hoc unum: plus potest asinus negare, quam Philosophus probare!

Caput III.

De Deo, sive Theologia.

Questio I

De existentia Dei.

Artic. I

Quid Deus, ac Theologia; quidque ejus præstantia.

—

A.) Quid sit Deus, definire non valemus eo modo, quo tot ac tanta definiri solent in scholis, per genus nempe proximum, et differentiam ultimam. Deus enim unus omnino est in genere suo; nec aliis rebus, vel per causam vel per ~~[illegible]~~ effectus ejus essentia nec[i] potest a nobis cognosci tum quia ipse

Causa Efficiens: Causa Finalis:
Causa Exemplaris.

[illegible] e, eterno, [illegible] [illegible] ultimo, felicità, [illegible]
[illegible] del mondo fisico morale intellett. [illegible]

est prima causa, tum quia quomodocumque ex suis effectibus exsuperat modo infinito

Nominalem igitur solummodo dabimus definitionem de Deo, qua de eodem unam vel alteram ex ejus qualitatibus exprimentes, eum existere demonstramus certo ac evidenti modo, eumque natura sua omnia alia entia superare.

Intelligimus itaque nomine Dei: = Ens a se ipso existens, necessarium et æternum; causa prima, omnium causarum fons et origo; potentia, intelligentia ac bonitas infinita, ac unica; et ab hac rerum universitate omnino diversa =.

B.) Theologia vero juxta Græci nominis vim, idem sonat ac = sermo de Deo =. Et duplex habetur naturalis nempe, et revelata. Naturalis dicitur, quia rerum omnium causam primam contemplatur solo rationis lumine: dum e contra Revelata ac divina Theologia dicitur, quæ revelationis lumine Deum ipsum, ejusque naturam ac operam contemplatur.

C.) Quanta vero sit Theologiæ præstantia vel ex eo solo patet, quod sublata Dei credentia, omnis tollatur necesse est virtus ac societas. Hinc illud effatum scripturisticum: = Vani sunt omnes homines, quibus non subest scientia Dei =.

Nec abs re erit audire mi Rousseavium dicentem: = Niuna cosa esiste scribebat, se non per quello che ha esistenza. Esso è che fissa un limite alla giustizia una base alla virtù, un premio a questa corta vita impiegata nel piacergli, e che non cessa di gridare a colpevoli che le loro reità sono state scoperte. che dice

Societates autem ab hominibus factas eas omnes dicimus quæ commerciales appellantur, litterariæ, et aliæ hujusmodi; quæ omnes societatem religiosam ac familiarem supponunt; quæ proinde nihil aliud sunt, quam totidem modificationes naturalium societatum. Quarum origo cum homines jam unitos inter se necessario supponat, risum movent omnes illi Scioli, qui Philosophiam deturpant ingenio, quo gaudent, obtuso, totis buccinis clamantes: = Commerciales societates in dies instituit homo; societas ergo quævis est ab homine =.

8. Unde leges sociales originem duxerint.

Leges sociales originem duxisse dicimus partim a Deo, qui eas in natura insculpsit, quasque homines nascendo secum trahunt; et quæ leges idcirco naturales habentur vel superaddidit illis, quas in natura insculpsit quæ proinde supernaturales dicuntur: et partim originem ducunt ab hominibus, qui eas deducunt ex legibus Divinitus ipsis naturaliter vel supernaturaliter traditis; quæ proinde legibus ab hominibus sic ortæ humanæ quidem appellantur, sed totidem derivationes sunt, sive conclusiones Divinarum legum.

Quæ autem sint leges naturales et supernaturales quæ a Deo ortum habuere, hæc tibi sit norma intelligendi = earum nempe necessitas =; necessaria enim sunt a Deo; utilia ab hominibus.

Atqui hujusmodi esset tendentia ad sublevandum miseros, hoc est commiseratio; tendentia ad eos, qui nos beneficiis affecerint, redamandos, hoc est gratus animus; tendentia ad sibi similes diligendos, hoc est amicitia; et tendentia ad seipsos conservandos, hoc est sui conservatio. Quæ omnes leges, rationi perpendenti necessariæ videntur ad societatem inter homines ineundam

Inter quas leges hic speciatim recensenda est nobis loquela: omnibus enim sublatis verbis, ita ut homines, qui ad invicem sese appropinquare vellent, nullum externum signum haberent, cujus ope se ad invicem cognoscerent, nulla omnino esse posset societas. Loquela proinde non ab homine, sed Verba.

a Deo tradita oportet dici. Qua vero dignus qui audiatur est comes de Maistre: = Giammai, scribebat, un suono arbitrario non ha espresso, nè potuto esprimere veruna idea. In quella guisa, che il pensiero preesiste necessariamente alle parole, le quali altro non sono che i segni fisici del pensiero; così le parole preesistono a vicenda alla esplosione .... le lingue hanno avuto principio, le parole non già! ..... Allorchè una nuova lingua si forma, nasce in mezzo di una società, la quale è in pieno possedimento del linguaggio: (chi nella forma adopera i vocaboli che ha d'intorno se ne nutrica, li digerisce, li tritura non mai può arbitrariamente creare alcun vocabolo ..... L'uomo ha sempre parlato, senza che abbia mai potuto passare dallo stato di Afonia all'uso della favella = (De Maistre le veglie di S. Pietroburg. trattien. 2).

Et Condillachiana sententia, qua contrarium dicitur, est dedecus Philosophiæ ultimi ævi.

Leges vero ab hominibus factæ admodum multæ sunt: cujusmodi v. gr. sequentes habebis: regulæ omnes, quibus emptiones, et venditiones fiunt, quæ sunt totidem commutationes rerum, quibus homines utuntur ad invicem, salva semper justitia: quæ regulæ proinde sunt totidem determinationes sive conclusiones legis naturalis „Sejmum conservabis?" sic leges humanæ sunt, quæ locum, ac tempus determinant ad venditiones, et emptiones hujusmodi

faciendas. Nec non humanę leges omnes illę sunt habendę quibus limite omni compensationi comparantur; et alię hujusmodi. Atque ab hominibus non diffitemur multa signa loquelę, quam primitus a Deo habuerunt, addidisse et superaddere posse; et semper ex condicto et superaddendo. Quę quidem sententia toto cęlo distat ab illa Condillachii, qua linguam omnem humanitus inventam dicere non puduit.

Dicimus tandem a Deo esse quaecumque leges quę universim ratione temporum et locorum fuere ab hominibus cognitę: et legibus humanis nobis videntur accensendę multiplices illę observantię, quę familiares dicuntur et civiles: quę si apud gentes obtinent, jus gentium dicuntur; si apud aliquam nationem, jus civitatis; si vero inter domesticos lares tantummodo, domesticę sive familiares leges dicantur.

Q. Unde Magistratus originem ducere sit dicendum.

A.) Antequam huic quęstioni respondeamus, distinguamus oportet hęc duo in Magistratibus quibuscumque: eorum nempe personam, et auctoritatem, qua pollent.

Quid persona significet non est cur dicamus: auctoritatis autem nomine intelligimus = potestatem, qua Magistratus prę aliis hominibus sibi subditis gaudent, et qua freti, et muniti sunt ipsi superiores. Et cujus auctoritatis exercitio fit, ut ipsimet magistratus leges ferant.

Quæ de Magistratibus meminisse satis est, ut eorum persona aliud esse manifeste appareat ab eorundem auctoritate.

B.) Videndum insuper, antequam propositæ quæstioni respondeamus, quantum sit in quovis Magistratu necessaria dicta authoritas. Cum per leges ordinentur res in fines suos, quo unquam poterit modo Magistratus quicunque vel docere, vel regere alios homines sibi juris æquales? Si enim par esset doctrina tum in Magistratibus tum in subditis, magistratuum ipsorum necessitas evanesceret primo ex hoc capite: deinde si æqualis esset vis executiva in utrisque, quo unquam modo subderentur pares paribus? Quocirca illustris vir De la Luzerne nuper scribebat: = La Legge deve esser portata dal superiore . . . . . da eguale ad eguale non vi può esser luogo a precetti; non si possono dar che consigli = (Dissertaz. sopra la legge naturale cap. 1. num. 5.). Quod sic etiam bene exprimit Pater Joannes Grassi: = Chi mai, inquit, vorrà ricevere le decisioni di uomini che non hanno maggior diritto di farla da maestri, di quello abbia ciascun individuo? (Padre Giov. Grassi Gesuita. Notizie sullo stato pres. degli St. dell'America Settentr.). Cujus rei rationem sic Lactantius signabat: = Quia auctoritate majori carent nihil ponderis habent præcepta . . . . quia tam hominem esse putat qui audit quam est ille qui præcipit = (Div. Lact. De falsa sap. l. 3. n. 17.). Unde Aquinas tradebat: = Persona

= Princeps est imago Dei cuncta administrantis =
Plutarco ad Principem indoctum.

privata non potest inducere efficaciter ad virtutem; potest enim solum monere; sed si sua monitio non recipiatur, non habet vim coactivam, quam debet habere lex ad hoc quod efficaciter inducat ad virtutem = (D. Th. 1. 2æ. quæ. 90. art. 3.). Quod si res est manifesta, aliud esse personam Magistratus et aliud auctoritatem ipsius, nihilominus evidens est, auctoritatem hujusmodi dari debere in quibusvis Magistratibus: cujus animadversionis evidentiam hac alia Aquinatis sententia perstringimus: = Diversorum, ajebat Divus, diversæ sunt causæ. Oportet igitur, præter id quod movet ad proprium bonum uniuscujusque esse aliquid, quod movet ad bonum commune multorum: non enim idem est, quod proprium et quod commune = (D. Th. De regim. princ. l. 2. c. 1.).

C.) Quibus præactis, propositæ quæstioni respondebimus.

Dicimus itaque primo auctoritatem semper esse a Deo, tum quia ad societatem ineundam ac conservandam necessaria, tum quia ab hominibus nequeat oriri; quia quemadmodum nullus hominum = proprie loquendo suis actibus legem imponit = (D. Th. 1. 2l. quæ. 7. art. 5.); sic neminem inter ipsos, quo ipsi carent, munire possunt. Hinc Salomon Deum inducebat sic de se loquentem = Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt; per me principes imperant et potentes decernunt justitiam = (*).

(*) Proverb. VIII. 15.

Unde intelligitur, Magistratus quascunque esse toticlem depositarios auctoritatis ipsis ab alto venientis. Quod edocuit Paulus Apostolus dicendo Magistratus legatione fungi hac unica de causa: = Non est enim potestas nisi a Deo = (Ad Rom. XIII. 1.).

Venientes secundo ad personas Magistratuum dicimus, alios esse immediate a Deo, et alios immediate ab hominibus; ast et hos semper a Deo mediate.

Fuerant a Deo immediate apud Hebraeos Judices, inter quos Moyses eminet, qui per quadraginta annos populum rexit ac judicavit in deserto quod regimen propterea fuit dictum theocraticum. Et Apostoli, et Prophetae immediate a Deo illi ad Evangelizandum, isti ad vaticinandum fuere immediate electi; quin, nempe in hoc partem aliquam habuissent homines. Atque sic immediate erunt a Deo quotquot ipse extraordinario modo vellet hominibus non cooperantibus, aliis praeponere. Ab hominibus autem dicimus immediatam originem trahere illos Magistratus, in quorum evectione, sive electione concurrunt homines, vel unanimi consilio, vel mittendo sortes. Quod legimus factum in Saulis, ac Davidis electione. In quibus numinis operationibus nil aliud plures homines alicui inter ipsos quam alios praeponere decernunt quam personam Magistratus recognoscere: semper enim potestas illi a Deo: semper enim Deus ipse, quae necessaria sunt, praestat.

2) Ex quo apparet falli cum illos qui dicunt quoscumque Magistratus fieri immediate a Deo; tum illos qui dicunt e contra fieri ab hominibus cognita illa sententia: = Il popolo fa i Sovrani =. Sed vera est quae media sententia: omnes nempe fieri a Deo, partem immediate, partem mediate: et homines ipsos partem habere in determinatione personae Magistratus. Hinc pariter veritas apparet sequentium sententiarum: = Sortes mittuntur in sinum, sed a Domino temperantur = (Proverb. XVI 33) = L'uomo non può fare i Sovrani; può tutto al più servir d'istrumento per dispogliare un Sovrano, e dare i suoi stati in mano d'un altro già Principe = (Nic. Macchiavelli consid. sopr. la Francia &c.) = È scritto: son io che faccio i Monarchi! = Per me reges regnant =. Questa non è già una frase di Chiesa, nè una metafora di Predicatore: è la verità letterale, semplice, e palpabile. **È una legge del mondo politico.** Dio fa i re alla lettera. Egli è che prepara le schiatte reali le matura in mezzo ad una nebbia che ne nasconde l'origine. Compariscono poi coronati di gloria e di onore, e si situano al posto loro = (De Maistre. Sag. sul princ. gener. delle costit. polit. nella pag.).

che fan i grandi

Unde concludendum est nobis cum eodem viro: = L'origine della sovranità debbe sempre trovarsi fuori della sfera dell'umano potere (id. ibid.)

1829:30

Tertia pars.

Cap. IV.

De Nomologia

= Omnia [illegible] mensura et numero et pondere – (Sap. XI. [illegible])

Introductio

Art. I

Quid Nomologia

Quam auspicamur tertiam [illegible], [illegible] mus ex eo, quod hoc habeat sibi propositum tyrones in cognitione adducendi [illegible]rum regularum sive legum, aut ejusmodi, juxta quem Entia per Ontologiæ studium iisdem tyronibus perspecta consequi habeant eos fines ad quos [illegible]endos Divinitus erecta per Teleologiæ studium noverint.

[illegible] Nomologia [illegible] sermo de legibus [illegible] [illegible]mus = Studium legum = Hæc proinde disciplina latius illa sese extendit quæ in scholis dici solet Philosophia Moralis, sive practica, et communius Ethica. Hæc enim cum leges mores hominum tantummodo respicientes [illegible] [illegible] illa de omnibus legibus [illegible]

[illegible] 20 [illegible]

[illegible]

1830.

Articulus II

Quæ ejus utilitas?

A.) Quantæ autem utilitatis hæc sit disciplina, ne verbis quidem … solvere posse fatemur. Per ipsam enim mundum hunc adspectabilem … regi ac gubernari fit manifestum: per ipsam complura prævidentur phænomena ac diriguntur nonnulla: per ipsam ad rerum caussas contemplandas pervenit homo: per ipsam seipsum cognoscit, munia sua distinguit, ac rerum potitur, ut revera sapiens evadat. Per Ontologiam enim scientes, per Teleologiam intelligentes et sapientes evadimus, per … [illegible]

Atque hæc fuit caussa cur doceret Augustinus: = Tanta vis … (h. e. leg.) constituitur, ut nisi his intellectis sapiens nemo sit, … =

B.) Per hanc insuper disciplinam Philosophiæ studium perficitur: … enim per Ontologiam res existentes dignoscant, … earumque fines, per Teleologiam per legum cognitionem cunctæ illæ disciplinæ ad invicem colligantur, ut aliquid totum habeatur perfectum, quæ aliter manerent ad invicem … lute sejunctæ.

Atque hujusmodi utilitatem est invenire quo usque modo volumus huic studio vacare: nonnisi modica erit illis, qui propria experientia … studeant: cum e contra major admodum erit illis attendenda, qui scholas frequentant, ubi aliorum opera utuntur.

Articulus III.

Quæ ejus partes, ac quæ studii metod[illegible].

1.) Ipsa porro in tres dividitur partes: in quarum prima sermo est de legibus; in secunda de legum natura, in tertia de hominum officiis.

2.) Eidem tandem studendum erit primo sobrietate, ac pietate [illegible]te; secundo librorum lectione ac litteraria concertatione; tertio frequenti idea[illegible] [illegible] enumeratione consideratione ac comparatione.

Pars I.

De Legibus.

Proœmium.

Quid lex.

4.) Sub nomine leg[illegible] [illegible] sumpta intelligimus [illegible] [illegible]
[illegible]minationem in esse sive [illegible] in ipso [illegible] aut [illegible].

[illegible] legem [illegible] dicimus aliquod ens [illegible] [illegible].
[illegible] finem intendat [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] tertio si [illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible]

[illegible] proinde lex latissime sumpta est quædam determinatio, aut coarctatio vel finis, vel potentiarum, vel formæ agendi

[illegible] allogare [illegible] leggi [illegible].

[illegible] leggi [illegible]

2. [illegible] leggi [illegible]

[illegible]

[illegible]

4 [illegible]

B.) Stricto autem sensu lex spectata, modum ipsa importat, sive formam actionum; quod italice sonat = piano, disegno, arte =. (idea)

Atque hoc in sensu communius accipi solet in scholis ac inde definiri: = ordo rerum in fines suos =.

Quem definiendi modum, licet nos non improbemus non tamen universalem habemus ac philosophicum.

Questio I

Utrum dentur leges.

Status questionis.

A.) Non hic inquiritur de alterutra ex creaturis, aut entibus utrum legem habeant, nec ne; sed de omnibus instituitur. [illegible] ex iis quę omnes respiciunt, argumentis desumptis.

B.) Quod si de [illegible] creaturis disputationem [illegible] vel de Deo ex iis, quę singula respiciunt, argumentationem instituemus.

C.) Sive autem de omnibus sive de aliquibus facienda sit nobis [illegible] legem semper latissime spectabimus.

Propositio I.

Rerum universitas quæ mundum hunc adspectabilem constituit legibus subditur.

Art. I.

Creaturæ omnes legibus subjiciantur oportet

A.) Creaturas omnes legibus subjici debere patet primo ex eo omnes ac singulas e nihilo eduxerit Deus propter semetipsum: = Non quasi sua actione aliquid acquirat, sed quasi sua actione aliquid largiatur = (D. Th. Con. Gen. l. 3. c. 18) Quod nempe omnes ac singulæ quæ mundum hunc constituunt creaturæ finem habeant sibi constitutum, ac determinatu[m].

B.) Idem patet secundo ex eo, quod omnes ac singulæ creaturæ nihil a seipsis possideant nullam sibi praebuerint potentiam; sed quidquid [illegible] num possident Divinitus habuerint. ex eo nempe, quod creaturæ potentias habeant sibi constitutas ac determinatas.

C.) Quod tertio patet vel ex eo quod quævis creatura cum a seipsa indifferens sit tum ad operandum, cum ad non operandum; tum ad hoc modo cum ad illo modo operandum, aliqua causa indigeat, qua ad operationes suas moveatur. Unde tradebat Aquinas: = Quod indifferenter se habet ad multa non magis unum operatur, quam aliud. [illegible]

gente ad utrumque non sequitur aliquis effectus, nisi per aliquid quod determinetur ad unum = (D. Th. Cont. Gen. lib. 3. c. II. n. 7.).

Legibus ergo subjici ipsæ sunt dicendæ creaturæ tertio loco ex eo, quod determinatione hoc est conatu quodam sive lege indigeant ad operandum

D.) Quibus præmissis sic liceat ratiocinari: Lex generatim sumpta est determinatio sive finis sive potentiarum, sive operationum in entibus existens. At creaturæ quæ mundum hunc adspectabilem efformant omnes ac singulæ habent finem, potentias, ac principium agendi sibi consentaneum legibus ergo subdantur oportet

Articulus II.

Creaturæ omnes legibus revera subduntur.

A.) Idem porro concludendum erit de omnibus, ac singulis creaturis statim ac mutua earum dispositio perpendatur. Facile est unicuique observare tum inter corpora cœlestia, tum inter sublunaria, tum hæc inter et illa quemdam ordinem dari, ac conservari.

Corpora cœlestia continuo nobis suspicientibus ibidem sita elucent quod pariter evenit in sublunaribus. Semper enim cum hyemali tempore riget terra vernali floret: sub iisdem anni tempestatibus, paucis exceptis eadem redeunt phænomena. Nemo est, quem lateat, quanta sit connexio, et unio

firma tria inter naturę regna, minerale nempe, vegetale, ac animale. Hic sufficiat animadversio: in rerum natura talis ac tanta est [illegible] ac armonia, ut defectus unius cedat in bonum alterius tam perspicue, ac perpetuo, ut proverbium habeatur hęc propositio = Corruptio unius est generatio alterius [illegible]

Quod si connexionem quis requirat Cœlum inter, et terram, quis est qui nesciat ex corporibus celestibus utilitates, provenire in corpora terrestria. Unde enim anni circulus; unde quatuor anni tempestates, diesque noctesque, omniaque inde quę sequuntur commoda, undenam nisi ex ea, quę Cœlum inter et terram invenitur, relatione.

[illegible] inocirca sic liceat nobis arguere. Quęcunque habent aliquem inter se [illegible] legibus subduntur: corpora cęlestia inter se ipsa, sublunaria itidem [illegible] [illegible], quinimmo omnia ad invicem sunt disposita: ergo creaturę [illegible] legibus subduntur.

Propositio II

Vires hominis legibus subduntur.

Art. 1.

Vires hominis physicę legibus subduntur.

A) Nemo est qui nesciat sub nomine virium physicarum illas venire hominis vires sive potentias corporeas quibus ipse videt et sentit.

[illegible] ac gubernari haud difficile [illegible]

menta enim non attrahit homo, non retinet non concoquit, et expellit nec
proinde ipse nutritur, augmentatur vel similes sibi producit nisi certis
determinatis modis, experientia continua teste.

Nec nisi juxta certas, ac determinatas regulas videt ipse oculis a
cultat auribus gustat palato; naribus odorat; suisque tangit nervis; nec dissi
mili modo suam exercet potentiam locomotivam, suumque movet atque
tat appetitum concupiscibilem et irascibilem. Hæc pariter perenni docemur
experientia.

B.) Quocirca sic concludere licebit: pollet homo viribus physicis, ve
getativis nempe, quarum usu vivit ut plantæ, et animasticis, quibus ve
cum bestiis. Hæ autem hominis potentiæ actum suum non producunt, vim
suam non exerunt nisi juxta aliquas regulas exercitæ, nisi mensuratæ
ac rectæ: ergo homo quoad vires suas physicas legibus subditur.

Physicæ hominis vires proinde legibus subduntur

Articulus II.

Vires hominis morales legibus subduntur

—

A.) Dicimus secundo vires hominis morales, quibus nempe ipse ali
desiderat et amat; aut fugit, ac odit; quibusve velle et non velle potest legi
bus subdi: et quidem triplici de causa.

N.B. La legge [illegible]

Et causa prima hæc est, quod = voluntas non est ad opposita respectu ultimi finis = (D. Th. 1. 2. q. V. art. 4): quod nempe [illegible] beatitudinem. Nemo enim := optat aliquid propter aliud, quam ut [illegible] piat = (D. Aug. [illegible] X c. [illegible])

Altera vero causa hæc est, quod homines eodem modo non se [illegible] ant ad quascumque personas actiones et operandi modos. Eodem enim modo non se habent, sive eandem affectum, vel inclinationem non experiuntur adversus malos ac probos. Unde exclamat Cicero: = Quæ autem natio non comitatem, non benignitatem, non gratum animum et beneficii memorem diligit? Quæ superbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos non aspernatur, non odit? = (Cic. de Leg. l. 1). Quinimmo sic sunt a natura homines constituti, ut seipsos oderint si mali; masque aspernentur actiones si perversas. Unde Seneca scribebat: = Placet magis natura adeoque gratiosa est virtus, ut insitum sit etiam malis probare meliora = (De Benef. l. 4. c. 17). Cujus sententiam [illegible] expositam ab Antonio Pezzi juvat audire := I violenti, i ladri, [illegible] i traditori si vergognano di esserlo; sentono il bisogno di [illegible] le apparenze di probità: la prepotenza si studia di comparire giusta; la frode, leale; la seduzione, innocente; la menzogna verace; e gli stessi assassini e truffatori di professione vogliono custodita tra [illegible] patti = (Ant. Pezzi. Lez. di Filosof. Vol. 2. c. VI. pag. 302. n. 6). Et quod [illegible]

est, hoc est, quod semper et ubique sit homines reperire vitium adversantes, virtutesque prosequentes: = Gettate lo sguardo su tutte le nazioni del mondo, ajebat idcirco Rousseavius, scorrete tutte le storie, fra tanti culti strani, fra una sì prodigiosa diversità di costumi, e caratteri, per tutto voi troverete le stesse idee di giustizia, e di onestà, le stesse nozioni del bene, e del male =.

Tertia tandem causa, cur voluntas hominis legibus dicenda est subdita, hæc est, quod homo voluntate sua ad unum sese non determinat, hoc nempe præ illo non eligat, hoc potius quam illud non velit nisi, prælucente intellectus: nil enim singulariter est volitum, quin fuerit præcognitum.

B) Quibus causis perpensis sic ratiocinamur: Ea facultas legibus subditur, cujus exercitium fuerit legibus circumscriptum: At voluntas hominis quoad ultimum suum finem, et modos eo perveniendi, vires suas exerit quomodocunque: non est enim ad opposita respectu ultimi finis: alios actu appetit, et aliis adversatur: nec incipit velle singulariter nisi prævio rationis lumine: ergo voluntas hominis est legibus circumscripta.

Ac proinde vires hominis morales legibus subduntur.

Articulus II.

Utrum legi morali, qua voluntas hominis regitur, ejusdem libertas obstat.

A) Hæc existentia legis moralis videri posset, non stare cum hominis arbitrio

Si enim homo in manu consilii sui sit positus (Eccli. XV. 14.), quorsum illi lex? Et si legem dicas habere, quorsum consistet libertas? Ligatum fore illis habebis liberum?

Non habet ergo legem moralem homo, quod ipsi vel supervacanea foret vel exitiosa.

B.) Veruntamen verba sunt hæc præterea que nihil.

Non est in primis lex moralis supervacanea homini libero, eo fere modo quo eidem ciborum appetitus non est supervacaneus etiamsi liber: eo fere modo quo viatori libero itineris faciendi demonstratio nullimode habenda est supervacanea.

Nec hujusmodi lex officit libertati: non enim determinat ipsa ad unum in particulari cujus determinatio remanet semper in hominis potestate.

Insuper tum legis moralis, cum libertatis existentia, res est nobis admodum perspicua: ergo simul stare possunt: a facto enim ad posse valet illatio.

Articulus IV.

An legis moralis existentia fuerit oppugnata.

A.) Qui legis moralis existentiam aperte oppugnaverit in tota sua extensione non est invenire: veruntamen qui ex parte eam denegaverint satis superque est invenire.

Legem moralem labefactarunt ex parte Fatalistæ, ac Materialistæ, quorum primi omnia ex quadam ferrea necessitate evenire tradebant; qui proinde legem quidem adstruebant, sed quæ præterire non poterat.

Alii vero existentiam spirituum denegantes omnia per leges motus explicabant, ac proinde leges morales cum legibus physicis confundebant.

Legis moralis existentiam adversabantur, qui post Thomam Hobbes dicebant omnia licere, dummodo expedirent propriæ conservationi, et felicitati. Apud ipsos bonum et malum non natura, non in se ipsis sed hominum opinione distinguebantur. = Questi Filosofi, ut nuper scribebat quidam sollenmero, che tanto è uccidere proditoriamente sua madre, quanto una pulice che è lo stesso sfamare un affamato, che abbeverare una pianta che in somma si dicono buone, o perverse le azioni, perchè vengono valutate arbitrariamente così = (Card. Ant. Pezzi. Lez. di Filos. p. 2. c. 38. pag. 302.).

B.) Omnes attamen hujus furfuris homines, nisi ex parte legem moralem sunt insectati: nemo enim ex eis invenitur, qui homines ad felicitatem esse natos, atque felicitatem eandem appetere ausus sit denegare.

C.) Inter eos tandem, qui ex parte legem moralem sunt adversati dinumeramus Academicos inter veteres, et inter recentiores Hume, qui omnia cum in dubium omnia verterent, legem ipsam ambiguam reddiderunt, atque incertam

Nec hic eos philosophos recensemus, qui etiamsi legem moralem profitea[n]tur, attamen doctrinas suas tradebant sed moris consilebant.

Partem tantummodo hic abs re non erit reponere orationis, qua nuper [i]nme ductor nostri est Joannem Lokium allocutus. = Dichiarò scribebat de ipso Lokio. dichiarò che negando una legge innata [io] intendo menomamente di negare una legge naturale, cioè una legge anteriore a qualsivoglia legge positiva = cui [p]utatus sic interrogatione insequitur = Che è quella legge naturale? [E] se non è nè positiva, nè innata, ove ha il suo fondamento? Chi [mi] sa [a]ddicare un solo valido argomento, che non abbia equal forza contra la legge naturale? Questa, dice egli, può essere conosciuta col solo lume della ragione ...... Ma cosa è dunque il lume della ragione? Proviene dagli uomini? [è] positivo! Proviene da Dio? È innato! = Cf Con. G. De Maistre. La Legl. de [illegible]

[Qu]ae profecto sufficiunt, ut consequentiae dignoscantur illius systematis, quod post Lokium fere communiter amplexi sunt Philosophi in idearum, sive notionum origine exponenda.

Articulus ~~IV~~. V

Utrum vires hominis intellectuales legibus subdantur.

A.) Clarius adhuc vires hominis intellectuales nobis dignoscuntur et multa[m] quidem de causa

Et quidem primo ratione finis, ex eo nempe quod intellectus hominis quo entia possibilia, existentia, et rationis dignoscuntur, non se habeat ad opposita quoad eorundem entium cognitionem. Unde qui vel tantisper naturam hominis consideraverit, cum Cicerone fatebitur: = Omnes trahimur, et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem in qua excellere pulchrum putamus: labi autem et errare, nescire et decipi, et malum et turpe ducimus = (Lib. de offi.)

Nec aliud est illa curiositas quæ in pueris dominatur, quam cognoscendi ardor, quam naturale quoddam invitamentum ad entium cognitionem; quam quædam insita lex finem rebus intellectualibus determinans. ..

B.) Secunda autem causa, cur legibus subditas affirmamus vires hominis intellectuales, hæc est, quod eædem ad prædictum finem nunquam veniant, nisi certis ac determinatis modis

In primis enim sunt vires nutritivæ; accedunt sensitivæ: apparent tandem intellectivæ, hujusmodi ordo generationis firmiter observatur in hominum educatione

Atque ubi vires intellectuales exerceat homo, primum singularia apprehendit, inde generalia. Atqui eadem singularia non percipit nisi quæ sensuum, nisi per species individuales, vulgo impressiones, receptas in organis corporalibus. Atque vel ipsa generalia ac spiritalia non percipit homo intellectu suo nisi verbis adjutus. Verba sunt, quæ aditum ipsi aperiunt ad cognoscenda spiritualia: verba sunt, quæ veluti pons (Vid. Opus. I. Filos.) qui mundum visibilem et invisibilem conjungit.

c) Tertia denique causa, cur legibus dicimus subditas vires intellectuales, haec est, quod intellectus certis, ac determinatis regulis inhaeret dum spiritualia inquirit, ac perscrutatur. Postquam enim aliquid spirituale invenerit, bonitatem vel malitiam primo, ejus postea causas, sive leges perquirit. Atque in hujusmodi perquisitionibus vel inventis [illegible] graditur juxta quaedam principia dicta idcirco speculativa, cujusmodi sunt: = Nil sine causa. = Finis est ratio eligendorum; = Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se =.

Atque rerum apprehensarum non reminiscitur quomodocumque: quoad memoriam enim intellectus noster est fere [illegible]: atque omnibus eruditis manifesta est lex illa concomitantiae, vulgo = associazione di idee = cujus vi iterum menti cogitanti complura objecta fiunt praesentia etiam si nollet.

Nec ommittendum sic intellectum nostrum esse compa[illegible] ut dum ratiocinamur, dum procedimus nempe de uno intellecto ad aliud, veritatem quam sic apprehendimus, necessario teneamus. Unde illud Esdrae: = Super omnia vincit veritas = (I. Esd. III.) est doctis proverbium. Talis est conditio falsitatis et erroris ut etiam alicuo sibi assistente, consenescat, et deficiat; talis autem e diverso veritatis status, ut etiam multis impugnantibus nascitetur et crescat

Quod tandem ad instar coronidis hoc est: = Qualsivoglia argomentazione suppone una nozione preesistente: non si può dire sì o no intorno a quello si ignora = (C. De Maistre Vegl. 2. di S. Piet. Bur.): et D. Aquinas = Omnis ratiocinatio derivatur a principiis naturaliter notis = (D. Th. 1. 2. q. 91. 2)

2.) Unde sic licebit ratiocinari. Habet intellectus finem praestitutum, determinatis eundem insequitur modis; ad eumque insequendum fere semper est coactus, uti demonstrabamus. Hoc autem pati, est legibus circumscribi: ergo intellectus est legibus obnoxius.

Ac vires proinde intellectuales legibus subduntur.

Articulus VI.

Utrum leges intellectus fuerint ab aliquibus oppugnatae

1.) Neminem invenies inter spiritus fautores qui omnem prorsus legem denegaverint intellectui, juxta quam spiritus ipse intelligeret.

Nonnullos attamen reperies, qui aliquas leges intellectui denegarent persuasi, quod iisdem ad intelligendum opus omnino non esset.

Sic antiqui naturales arbitrabantur: = Omnem nostram cognitionem fieri per solam immutationem a sensibilibus = (D. Th. 1. qu. 84. art. 6) per phantasmata igitur in organis corporeis facta ab externis corporibus; ac, proinde per solas leges physicas exercitium virium intellectualium fieri tuebantur.

B.) Ab eorum sententia discessit Plato cum suis: qui animas hominum docuit veritates cognoscere ac contemplari in ideis æternis per se subsistentibus, atque sic animum veluti quoad exercitium intellectus independentem tradidit a legibus physicis. Sancti Ecclesiæ Patres, qui pariter [illegible] in hoc tantummodo ab illo differebant, quod pro suis ideis [illegible] rationes æternas sive legem æternam aut lumen divinum creaturis participatum.

C. Sententiam Platonis [illegible] Aristoteles cum suis [illegible] qui in medium invexit triplicem intellectum: intellectum nempe passivum, qui impressiones corporum recipit, sive phantasmata; secundum intellectum possibilem, qui potest intelligere; et intellectum agentem [illegible] quo intelligimus, cujus ope videlicet, ajebat Aristoteles, impressiones in corpore factæ, fiunt = species intelligibiles =. Studuit nempe Aristoteles, ut concursum legum physicarum et spiritualium in producendis cognitionibus exponeret, atque conciliaret: sed novas præexistentibus tenebras induxit. S. Thomas, S. Bonaventura et Scotus eam illustrare sunt conati.

D.) Surrexit Cartesius; hac vi re Philosophiam instaurare est visus, asseclas sine numero obtinuit: ast per triplicem idearum [illegible] innatas nempe, adventitias, et factitias legem intellectus cum cognitionibus confudit; atque aditum præbuit per [illegible] ideas

leges etiam denegandi necessarias ad Dei virtutisque ideam obtinendam, quas innatas tradidit.

C.) Advenit revera Franciscus Baco, qui in suo Organo scientiarum ova praeclusit Joanni Lokio, qui antiquos Naturales imitatus, omnes intellectus operationes docuit evenire per solam immutationem a sensibilibus cum animi reflexione. Lokii sententiam simpliciorem reddidit Condillacius, qui omnes intellectus operationes vel ut indiscriminatim esse derivandas ex solis sensationibus; ita ut ratiocinia quaevis nihil aliud esse dixit, quam totidem sensationes transformatae. Istiusmodi Philosophi proinde animam praedicantes, uti antiqui Naturales = Tabulam rasam = nullis principiis sive habitibus, hoc est dispositionibus ad hoc, vel illo modo intelligendum praeditam, omnem legem penitus propulsant a viribus intellectualibus.

Haec doctrina, quam etiam Epicurei, ac Stoici sequebantur (D. cit.) utpote apprime facilis, in tota fere Europa fautores invenit: et quam maxime inter libertinos, qui ea abutentes contra mentem auctoris Materialismum e cineribus excitarunt.

F.) Nec hic praetermittendi qui in Germania floruerunt Philosophi; inter quos eminet Leibnitius, qui per suam armoniam praestabilitam omnia docuit evenire iuxta leges Divinitus insculptas; quique aperte

Lokium condemnavit, asserendo aliqua dari principia [illegible] tamen atque innata.

Maximus fuit etiam inter Philosophos Kantius qui res externas docuit distinguere vi quadam animæ insita, et non e converso: qui proinde oppositum Lokio tradidit.

g.) Quod autem sit dicendum de nostra ætate ex iis quæ audiruntur res convertere videntur.

Articulus VII.

Utrum in Lokiana hypotesi possit scientia consistere.

—

A.) Antequam dicamus quid nobis videtur, aliqua cum Fratre Juvenale Ananiense Ordinis Cappucinorum (Solis intelligentiæ cui non succedit nox, lumen indefficiens etc. Augustæ Vindel. 1686) præmittimus.

Scire aliquid, seu rem aliquam scientifice scire, non est quomodocumque cognoscere: non est cognoscere v. gr. erronee seu falso hoc enim est errare; vel hesitando hoc est dubitare; aut solum probabiliter æstimando quia hoc est opinari, et putare; vel tantum obscure rem cognoscendo ob solam authoritatem dicentis hoc enim est credere sive deinde authoritas sit Divina, Angelica vel humana; sed verum scire ac vera scientia est cognitio certa et evidens, qua per intellectum certe, ac evi

denter cognosco, aut ipsam rem scibilem, ut intellectui præsentem aut ejus veram formalem, ac propriam rationem; unde scientia definitur a Philosophis = cognitio certa ac evidens rei per causam, idest per suam veram, ac formalem rationem =

Quibus præmissis dicimus nullam pene scientiam consistere in Lokiana hypotesi.

B.) Scire itaque est vera cognoscere; est veritatem percipere: sed veritas est conformitas rei cum suo exemplari: ast quorsum, tibi, potest hujusmodi cognitio in Lokiana hypotesi, quæ simplicem admittit mentis intuitionem?

2 Scire est cognoscere res existentes: sed si quæ intelligimus, non tantummodo fiunt cognita per species, quæ nunquam modo per similitudines materiales, et corporeas, quæ profecto aliud sunt a rebus ipsis, quomodo ipsas poterit anima cognoscere:

Scire est res sine ulla hæsitatione cognoscere: ast rerum ... cta instabilitate ac continuo earundem fluxu, unde nobis speciebus ... rum innixis certa fiet rerum ipsarum cognitio? Quidquid cadit sub sensibus, eosque afficit, in dies ac horas mutatur, et nunquam in eodem statu permanet: quæ igitur certitudo haberi potest in illis, quæ rebus ... terentur temporariis? Aiebat propterea Boetius: = Eorum quæ casu aut

forte fortuna fiunt nulla potest esse scientia = (Boet. lib. 1 De Demon. c. II.)

Scire tandem significat rem evidenter cognoscere per ejus causam, ad distinctionem fidei quæ est cum obscuritate conjuncta. Scire proinde est res in suis causis cognoscere; ac veluti in præmissis contentas intueri; atque ideo scire est in prius visis, ac notis rem videre, ac contemplari, ita ut scientia rei non habeatur, nisi præcognitis ejusdem causis: unde Aquinas tradebat: = Omnis scientia habetur per aliqua principia per se nota et per consequens visa = (D. Th. 2.2. quæ. I. art. 5.) [illegible] ratiocinari est procedere de uno intellecto ad aliud, et demonstrare est rem ex se concludere: et notitia conclusionis est ipsa scientia. Insuper tota virtus demonstrativa, sive ratio formalis scientiæ dependet ex illis principiis notis ac visis quæ [illegible] dicuntur media demonstrationis, sive omnis scientiæ basis, ac fundamentum ——— At in Lokiana hypotesi nulla dantur principia per se nota, a[illegible], ex quibus sint res deducendæ sed tantummodo impressiones ex iisdem [illegible] cognoscendis [illegible].

C) Sic igitur fas erit ratiocinari: scire est res, ac veritates certo ac [illegible] cognoscere per earundem causas. At in Lokiana [illegible] res tantummodo et [illegible] in anima impressiones tantummodo [illegible] ex [illegible] comparatione [illegible] cognoscen[illegible] impressiones tantummodo [illegible]

stitute: impressiones habentur rerum sciendarum, sed sine principiis: nulla igitur dari potest scientia hac in hypotesi.

Nec mirum sit quod celeber Bergierius sic de eadem scripserit: = La sublime teorica, che tutto riferisce alle sensazioni, non è stata immaginata, che per aprire la strada ai materialisti = (Trat. Sed. Dogm. della Relig. t. V. c. 1. art. 7.). Sed melius adhuc hanc hypotesim depingebat nuperrime Italus Vir: = Per essa la ragione ha perdute le sue ali e si trascina come un rettile fangoso: per essa inaridì la Divina sorgente della poesia e della eloquenza: per essa tutte le morali scienze perirono...... Il sensitivismo è il più grossolano, e il più vile fra gli errori'...... Lokke ha scatenato il materialismo col suo grossolano sistema, che poscia Condillac ha messo alla moda nel paese della moda = (Il Con. G. De Mais. Veglie di S. Pi-B.)

Propositio III

Articulus unicus.

Hominum naturae legibus [illegible].

1.) Sed vel ipsa hominum multitudo legibus subditur, quod et oculis inspicitur; hac ratione necessarium esse cognoscitur.

Et revera homines ubique locorum, et temporum simul vivere constat: linguis assignis communiter notis uti est manifestum: certis ac determinatis modis, res de quibus abundant om:

ter ipsos commutare ubique apparent: a magistratibus duci, ac in officio contineri ubique pariter est invenire.

B.) Quod aliter esse non posset: homo enim ab aliis sejunctus, ac sibi soli relictus, nec ætatem infantilem ducere, nec senilem protrahere posset: sed neque ipsa adulta tam pregnans viveret

Insuper sublatis exemplis, ac omni humana educatione, homo rudis [illegible] et vel ipsis belluis deterior vitam viveret. Ex quo fit ut una cum aliis opus sit ipsi vivere ac proinde legibus indigeat, quibus et præbere, et accipere [illegible] sufficit

C.) Unde concludendum est: ubique locorum, ac temporum [illegible] certis legibus [illegible] vixerunt homines; nec aliter res esse posset: igitur tum ratione [illegible] ratione [illegible] hominum multitudo legibus contineri dicenda est.

Propositio IV.

Est Providentia in creatis

Articulus I.

Deus rebus omnibus providet.

A.) Deum dicimus rebus omnibus providere; atque hoc duplici de causa. Et prima [illegible] hæc est; quod quidam ordo, ac harmonia nedum inter terrestria apparet, verum etiam inter ipsa terrestria, ac Cœlestia. Hujusmodi autem ordo, ac harmonia nonnisi ab uno eodemque auctore, ac principio habere ortum potest: = Multa enim, tradebat [illegible], per se inten:

dunt ad multa, unus vero ad unum = [illegible]

[illegible] hujusmodi ordinem, ac principes alius esse potest propter Deum, qui unus rerum [illegible] [illegible] cum ait res omnes non disponit [illegible] fine praeterquamquod ad suam perfectionem.

[illegible] Altera vero causa, cur Deum dicimus omnibus providere, haec est, quod omnia perseverent, nonnisi Dei voluntate.

Omnia enim, quae [illegible] suam dispositionem formant, cum sint totidem entia per participationem, eatenus perdurant quatenus solus Deus eadem velit perdurare. Non perdurant proinde, nonnisi perseverante Dei voluntate.

Sed omnia propter Dei voluntatem perdurare idem sonat, ac Deum omnia conservare atque omnibus [illegible] providere.

C.) Concludendum igitur: in rebus creatis ordo quidem ac harmonia apparet, [illegible] Dei esse potest: omnia insuper perdurant propter Dei voluntatem [illegible] ordinare, ac conservare ad Deum non pertinet nisi propter fines suos, in quos [illegible] conducit. Est igitur Providentia in rebus creatis

Articulus II

[illegible] Deus omnibus provideret, nil casu, ac fortuito eveniret.

—

A.) Duplici sensu dicitur aliquid casu, ac fortuito evenire, primo nempe quando [illegible] causae nos omnimode lateant; secundo quando nullam omnino habeant causam.

Dicimus itaque primo sensu multa fieri posse quoad nos casu, et fortuito quia non

omnis ordo rerum in quo nos nescit nobis: quum nostra parum admodum rerum natura est cognita nobis.

B.) Nihil autem secundo sensu dicimus evenire casu, et fortuito: quidquid enim participat esse, a Deo habet ut sit, ac proinde ejus subjacet voluntati, ac providentiæ.

C.) Omne igitur quod respectu hominis causæ videlicet particularis, est casuale et fortuitum, provisum absolute est dicendum respectu causæ universalis, sive Dei.

Quod sequenti illustrabat exemplo Aquinas: = Sicut et concursus duorum servorum licet sit casualis in quantum ad eos est tamen provisus a Domino, qui eos scienter in ad unum locum mittit ut unus de alio nesciat = (D. Thom. 1. part. quæ. 22. art. 2.).

Licet itaque aliqua casu et fortuito eveniant quoad nos, Deus attamen omnia providet.

Articulus III

Si Deus omnibus provideret, cum omnibus operaretur; et sic cum peccatoribus ipse peccaret.

—

A.) Respondemus, Deum cum omnibus quidem operari, nec ideo cum peccatore peccare. Ad peccandum enim requiritur, ut creaturæ nedum conserventur in esse sed etiam Divinam possint relinquere legem, ac de facto relinquant.

Deus porro creaturas conservat, atque ita ut possint deficere ab ordine sed ipsæ solummodo deficiunt.

B.) Præterea Deus creaturis, quas vult existere, ipse providere debet nec ullo modo

potest a bono deficere.

Ergo sive ex eo quod Deus non concurrat quoad formale peccati cum peccatoribus, sive quod ipse sit impeccabilis, hoc sequitur, Deum ipsum minime peccare, etiam si omnibus provideat.

Articulus IV.

Si Deus omnibus provideret quomodo peccata darentur, et peccatores prosperi et probi aerumnosi?

A.) Triplici via difficultas hæc enodari potest.

Dantur peccata: datur providentia: ergo cum Divina Providentia peccata componuntur

B.) Dantur peccata: Deus malis mala paravit, et bona bonis: ergo peccatum existentiæ divinæ providentiæ non opponitur.

Providenza!

= Credi tu all'Inferno? dimandarono ad un Curato i Giudici del tribunale rivoluzionario di Lione: E come potrei, rispose, dubitarne, vedendovi, e considerando ciò che succede? Se fossi stato incredulo, ora diverrei credente =. = L'empio trionfa: dunque non v'è Providenza! Convien dire al contrario, rispondeva Rousseau: v'ha dunque un'altra vita, in cui la Providenza ristabilirà l'ordine, e farà trionfare l'innocente =

C.) Melior est libertas, quam libertatis negatio: melius proinde est posse falli, quam nunquam fallere potuisse. Deus fecit hominem liberum: ergo hominis peccata

[illegible] lædant, Divinam exaltant magnificentiam.

D.) Tum ergo ex eo, quod certi simus de Divina Providentia, ac de hominum peccatis; tum ex eo, quod altera vita sit unicuique retribuendum secundum opera ejus; tum ex eo, quod libertas sit donum quod melius sit habere quam non habere, concludendum est Divinæ Providentiæ nihil admodum obstare peccata, ac temporarium peccatorum triumphum, justorumque dolorem.

Propositio V.

Articulus unicus.

Datur Lex æterna.

A.) Facile admodum evincitur Legem æternam dari. Patet, ex dictis, creaturas omnes legibus subdi, ac Divina gubernari Providentia: quod idem est ac si diceretur creaturas omnes Divinitus ordinari in fines suos

At Deus nihil operatur in tempore, quod ab æterno non voluerit; cujus ratio æterna non sit in Deo ipso.

Ergo cum Salomone concludendum: = Ab æterno ordinata sum et ex antiquis, antequam terra fieret, nondum erant abyssi et ego jam concepta eram = Prov. 8.

B.) Quod illustrare potest exemplo artificis, ac confirmari: omnis enim artifex, nisi temere et fortuito agat, necesse est ut formam habeat mente conceptam ejus operis, quod molitur.

Atqui Deum esse præstantissimum artificem, nec quidquam fortuito operari, omnes

[illegible]

Ergo ideam rerum compleatur ex quibus primum formarum ornatus et [illegible]

ilic proficiscitur (...)

Datur ergo idea aeterna

Pars II.

De Legum natura.

Quaestio Ia.

De Legum singulorum hominum natura.

Propos. Ia.

[illegible] inest generationis ordo [illegible]
sit. [illegible]

1) [illegible] eodem tempore [illegible] informantur [illegible] sed diverso sub tempore.

[illegible] autem [illegible] ut [illegible] legum ope sit homo ad fines suos eorumdem potentiarum exercitio obtinendos mirifice adjutus: ipsaemet tamen leges non sub eodem sed diverso sub [illegible].

[illegible] factum est ut [illegible]

3) Quod autem res sic se habeat, haud difficile est demonstrare.

In dies enim ac fere horas est dignoscere 1º quomodo homines infantes nihil aliud appetant quam se se sustentare; 2º quomodo pueri praeter sustentationem gaudio vacent; et 3º quomodo curiosi observationibus studeant earum rerum, inter quas vitam vivere fuerit ipsis concessum.

Hac quotidiana omnium experientia ita ut firmiter constet, primo leges physicas, secundo morales, tertio intellectuales in singulis apparere hominibus.

C.) Insuper vel ipsi spiritus humani progressus hoc nobis testificantur: unusquisque enim homo spiritu suo tantum proficit, quanta sit virtus eorum cum quibus operatur.

Tribus vero gradibus homines progredi continuo dignoscuntur. Retinet primo memoria res materiales, sive physicas; secundo res morales; tertio res metaphysicas. Voluntas primo sese determinat ad unum per imitationem, amore nempe physico; secundo propter commodum inde sequens, amore nempe concupiscentiae. Intellectus pariter cognoscit primo res circumstantes existere sive rerum existentiam, secundo rerum existentium ac sibi cognitarum qualitates, sive bonitatem, aut noxietatem: tertio cognoscit leges, et causas rerum earundem, ac veritatem.

Ex quibus fit nobis perspicuum hominem spiritu suo perfici, primo ope legis physicae, secundo ope legis physicae et moralis; tertio physicae, moralis et intellectualis auxilio. Atque idcirco fit manifestum non eodem sed diverso sub tempore

re homines quoad vires suas legibus informari ac corrigi.

Qui generationis ordo tandem vel in ipsis humanis societatibus apparet, nostra ex sententia.

Enimvero prima fuit societas familiaris parentum cum filiis, in qua filiis, imitatione ductis, patresfamilias sufficiebant. Secunda fuit societas nationalis, sive plurium familiarum ex eodem stipite fluxarum, in qua aliena vi muniti patresfamilias filios concupiscentia turbatos in officio continent, in qua causa singulorum fit causa communis, et tumultus cohibentur majori tumultu. Tertia vero fuit societas gentium, in qua causa ipsa bellica rationi subjecta fuit.

Sic primo artes fuerunt ab homine excultæ, quibus vita sustentabatur hinc primi homines venatores, piscatores, pastores, et agricolæ. Secundo artes fuere excultæ ad vitam tuendam necessariæ, voluptatibusque afficiendum utiles: atque hinc homines bellatores, et politici; hinc Poesis et cetera hujusmodi Tertio Academiæ floruerunt ad acuendam rationem, resque altissimas investigandas.

Quæ societates cum sint totidem veluti fructus plurium potentiarum [illegible] exercitarum, studioso vero sunt veluti totidem speculi ac taperæ, quisque dignoscat nedum per gradus sese perficere, verum etiam quarum [illegible] exercitio se ipsas perfecerint.

Multiplici igitur de causa ordinem generationis legionis [illegible] mo

ralibus ac intellectualibus [illegible] [illegible] [illegible], ita ut primum leges physicę, secundo morales, tertio intellectuales in humanis operationibus appareant.

Proposit. II

Iisdem legibus perfectionis ordo inest.

Art. Unicus

Non vero singulę illę leges sunt ęque excellentes.

A.) Licet autem hujusmodi leges tali ordine sese evolventes in quovis homine inveniantur: non sunt tamen ejusdem excellentię, sive virtutis. [illegible] licet quęvis earum ęque, ac alię non dirigit hominem ad fines suos.

B.) Enimvero legibus physicis adjutus homo finem suę creationis minime discernit: neque moralibus adjutus solummodo, etiamsi bonum in genere appetat, ad unum, pro alio in particulari sese non determinat. Insuper viribus physicis operatur homo quia vult, atque nonnisi ad consilium rationis aliquod ipso vult sunt nec satis clara

Ait sequitur ex hoc quod leges physicę a voluntate moveantur; leges morales a ratione dirigantur; atque proinde etiamsi ultimo loco intellectuales leges appareant, secundo morales, et physicę primo; tamen perfectiores sint prę moralibus intellectuales, et prę physicis ipsęmet morales.

C.) Nec quis nos idcirco physicę, vel moralis legis necessitatem negare

affirmabit plus enim minusve supponunt, non mutant speciem

Atque satis apparet leges hominis nullatenus esse ejusdem perfectionis. Proindeque omnis radix humanae perfectionis est ratio.

Propositio III.

Articulus Unicus.

Leges omnes supradictae sunt vitiatae.

A.) Leges vero supradictas infirmas esse, ac prorsus vitiatas, sic est probare.

Est homo a Deo et propter Deum ac proinde ad Dei gloriam unius factus et tamen plus sui quam Dei indulget et plus adhuc ad suam, quam Dei gloriam requirendam proclivem se experitur.

Insuper est homo propter beatitudinem quam non est in bonis creatis ac fluxis invenire; et tamen idem homo plus experitur amoris pro hisce rebus finitis ac fluxis quam quod pro Divina visione ac fruitione.

Non est praeterea homo animal solivagum, sed humanae consortii indigus atque idcirco amore fraterno educandus; et tamen invidiae ac avaritiae prgelominio angitur.

Ita ut satis superque plus ad superbiam, quam ad humilitatem; plus ad sensualitatem, quam ad beatitudinem, plus ad odium fratrum, quam ad amorem legibus

praecisum vieri vere licat.

B.) Quæ infirmitas magis adhuc elucet si cujuscumque ex humanis potentiis perpendantur inclinationes, habito respectu ad suos fines.

Nemine diffitente est intellectus ad veritates dignoscendas: at tamen homo cum labore discit, sine labore dediscit: nec infrequens est invenire, qui senio confecti nil prorsus sapiant, quam errores

Nemine diffitente, voluntas est ad bonum cognitum amplectendum at tamen licet urgiverit intellectus, vel nullus in voluntate sequitur affectus vel tardus; et quod deterius est: = nitimur in vetitum [illegible] cupimusque ne[illegible] (Ovidius). Et fortasse non raro unusquisque in [illegible] suo fateatur necesse est cum D. Paulo = [illegible] non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum hoc facio = (ad Rom. VII [illegible]).

Nemine tandem diffitente, in quantum libertati subduntur, sunt vires physicæ ad bonum cognitum et volitum obtinendum: sed proh dolor! si otio debilitantur, laboris etiam tædent eoque facillime franguntur: nutritivæ plus æquo cibum appetunt; nec invenies quem usq, quam patitur in generativis rebellionem non sudeat.

C.) Quocirca leges hominum omnino esse vitiatas constat evidenter ex eo, quod singulæ sint quoad Deum, beatitudinem, ac societatem; tum ex eo quod singulæ sunt quoad fines proximos potentiarum.

Hic judicium proferre auderemus, an nempe majori vituperio sit dignus Voltairius, qui sanum admodum hominem tradebat, ac profecto illum esse = qual dovrebbe essere =; et Antonius Pezzi, qui dicere non est veritus: = Non nasciamo nè buoni, nè cattivi in effetto = (Lez. di Filosof. vol. 2 S. 504) vel plus illi sint vituperio afficiendi, qui fidem eisdem habent.

il Pezzi nega il Peccato Originale.

De quo Augustinum scribentem audire juvat: infirmitas hominis adeo fuerat ipsi certa, ac evidens, ut diceret = Quod etsi Scriptura non diceret, quis est tam cæcus mente, qui non viderit generis humani miseriam ..... et Scriptura Sancta proditur, et ipsa se prodit = (D. Aug. contra Jul. Pelag. lib. 4. n. 75).

Concludendum igitur leges hominis physicas, morales, et intellectuales infirmas omnino esse ac viciatas

Propositio IV.

Leges hominis prædictæ intensionem, ac remissionem suscipiunt.

Articulus I

Utrum leges hominis prædictæ augeri ac minui possint

-

R.) Nec ejdem semper in inclinando sunt prædictæ hominis leges: et intensiores fieri enim possunt et remissiores; proindeque eo devenire, ut plus minusve inclinent.

Atque hoc tum experientia tum aliqua ex ratione fiet manifestum

B) experientia enim fere quotidiana certum est ex multiplicatis actibus dispositionem crescere in homine ad eosdem actus · et e contra ri nui actibus ipsis deficientibus.

Quod videre est tum in exercitio artium tum in progressu naturæ cujuscumque ex vulgo dictis phænomenis · tum in operationibus mentis. Prius enim tardos, inde expeditos videre est artifices primo etc. ... frustra homines exardescere, cujus ingenio tenaci promoto tandem eosdem videbis homines ii vires suas frequenter exerant

C.) Qua vero ratione hoc idem aliqualiter confirmari videtur hæc ex Finis est quies appetitus exercitio potentiarum hominis obtinenda: quam immo quietem homo obtinebit nonnisi certo ac determinato numero actionum. Quo plures igitur homo ederit actus eo magis se fini suo approximaverit: quo plus sese exercuerit, eo minores actus ipsi remanebunt edendi ad finem suum obtinendum

At quominus remaneat faciendum eo plus proxima erit quies; eo minor mutandi locus: eo minor mutabilitas.

Ex multiplicatis igitur actibus leges vel augentur, vel minuuntur

D.) Hinc Arrianus Philosophus Græcus qui sub Adriano Augusto floruit tradebat: = In genere si quid facere volueris habitum ejus tibi comparato

si quid facere nolueris, ommitto; teque consuefac aliud quidpiam potius ejus loco agere .. si (igitur) cupis legendo valere, legito; si scribendo, scribito. . . . Si iracundus esse non vis, irascendi habitum ne alito, ne quid ei adjicito, quo augeatur; principio quietus esto .... Habitus enim primo remolescit, deinde penitus etiam tollitur = (Arian. Cap. XVIII. lib. II. Epicteti). H673.

Et ex Gallia nuperrime scripsit Segur: = Non si può metterlo in dubbio. Tutto in noi finisce col divenir abitudine ..... Le idee infuse nella infanzia divengono opinioni, le opinioni abitudini, le abitudini partiti = (Galleria Mor. e Pol. tom. I. Dell'abitudine).

Leges igitur hominis vel intensius, vel remissius inclinare possunt.

Articulus II.

Utrum legum ipsarum inclinationes plus crescant nonnisi per contrariae inclinationis diminutionem.

—

A.) Affirmamus: experimento enim constat, quod quo magis aliquid amore afficiatur, qua erga idem ratione propensio crescat, eadem etiam decrescit amor et propensio ad suum contrarium.

Hinc quo magis in cibis cognoscitur dulcedo, eo minus concupiscitur amaritudo. Quo magis delectat virtus, eo minus placet vitium: quo magis ad certa et clara cognoscenda proclives evadimus eo plus incerta adversamur et obscura.

X Atque hinc ortum habuit proverbium = contraria contrariis curantur = hinc quoque redit illud Mepicanum. = Nemo potest duobus Dominis servire; aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit, et alterum contemnet = (Matt. VI 24.).

B.) Quinimmo ex multiplicatis actionis in uno adeo inclinatio fit major cum diminutione contrariæ inclinationis, ut hæc sublata videatur, ac veluti consumpta, ut omnis fere potentia ad contrarios actus defecisse appareat etiamsi non revera non fiat in homine, quoadusque remaneat ipsi libertas. Tantum utique augetur inclinatio ad aliquid cum diminutione inclinationis ad aliud contrarium.

C.) Quæ inclinatio cum ita creverit; tunc est quod dicitur consuetudo, et secunda natura ad significandam utique ejus vim.

Hinc originem habuerunt, atque auctoritatem, quæ sequuntur dicta. = Consuetudinis magna vis est; pernoctant venatores in nive, in montibus uri patiuntur = (Cic. II. Tuscul.): vincere consuetudinem dura est pugna = (Aug. Super Psal. XXX.): qualis vita, finis ita (aphorismum plebejum): proverbium est: adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea (Prov. XXII.): consuetudo natura potentior (Curtius lib. B.).

Concludendum itaque, quod quo magis aliquis inclinatur ad unum contrariorum, eo magis diminuitur inclinatio ad aliud, ac proinde inclinationes legum augeri nonnisi cum diminutione inclinationum contrariarum.

Articulus III.

Utrum intensiores fieri possint dictę hominis leges posthabito aut subverso earundem generationis ordine.

A.) Respondemus negantes omnino ratione, et experientia duci. Fieri illud in primis non potest vel ex eo quod disciplina nullatenus instituere potest nec augere proinde vel minuere ea quę non apparuerunt nec nisi parum obtineri potest ab earum legum exercitio, quę vix apparere cœperint. Prius enim est esse, quam operari: nec grandis operatio esse unquam poterit, natura adhuc incompleta, et infantili.

Cum itaque post leges physicas tantummodo appareant morales, et post has appareant intellectuales, hoc necessario sequitur, quod tres illę leges exerceri, ac proinde augeri aut minui minime possint consentaneo modo nisi eodem quo generantur ordine.

B.) Quod satis superque experientia edocti sumus postremo labente sæculo; et postea undique docemur et Deus scit quousque.

Hinc veluti dolens quidam ex Gallia nuper tradebat: = I figliuoli oggi giorno vengono allevati come le pianterelle nelle stuffe. Il succo nutrizio previene la stagione, i fiori, i frutti sbucciano innanzi tempo. Ma vano è cercar

sapore ove niente è giunto a maturità: quindi è che veggonsi piccoli prodigii di dieci anni, e mentecatti giovani di trent'anni = (Anonimo Dell' Educaz. Arti. scelti dallo Spettator Francese).

C) Præterquamquod experientia ipsa constat quod eorum quæ sub teneris annis didicimus tenacissimi sumus: ita ut ætas adulta et virilis aliud esse non videatur quam totidem deductiones infantilis ætatis. Plurimi igitur refert quod quævis ætas, ipsius ætatis pars consentaneo modo, ac revera secundum generationis ordinem instituatur, et plurimi pariter apud doctos semper erit illud Confucii monitum: = Di lasciare al fiore nascente il tempo di sbocciare e di non farlo per sempre avvizzire scaldandolo imprudentemente al vostro seno =.

Non est generationis ordo posthabendus, vel subvertendus, ut leges hominis consentaneæ intensiores, vel remissiores fieri possint.

Articulus IV.

Utrum dictæ hominis leges augeri possint earundem excellentiæ ordine absolute neglecto.

—

A.) Huic quæstioni unica satisfieri nequit responsione.

In primis enim advertendum venit nil posse a nobis intelligi, aut concupisci, nonnisi prævio alicujus legis physicæ ~~exercitio~~: proindeque nec lex aliqua intellectualis nec moralis augeri possunt sine eodem tempore lex ali:

qua physica exerceatur. Absolute ergo loquendo leges intellectuales, vel morales non fiunt intensiores nonnisi dependenter a concursu legum physicarum

Ast hic est generationis ordo.

B.) Veruntamen voluntas sese non determinat ad unum eadem via; semper quidem sub specie boni operamur; sed vel sub specie boni ope sensuum nobis repraesentati, vel rationis consilio.

Hinc fit quod dari possit intensio aliqua in voluntate, cui nulla admodum respondeat in intellectu. Hinc videre est homines voluptuosos intenso amore incensos, ira promptissimos, ac mirum in modum corpore robustos.

C.) Attamen hujusmodi hominis educatio admodum nociva: quo plus enim ratio posthabetur, quo plus excellentiae ordo negligitur, eo minus vivitur eo minus animus virilis. Hinc Antisthenes volebat potius insanire, quam voluptate affici. Et eos qui = magni et excelsi animi aestimantur voluptas facit cereos = tradebat Plato (Clem. Alex. Stromat. II.); et Anglus Young: = La ragione, ajebat experientia teste, scema di forze in proporzione che si va dilatando l'impero de' sensi = (Let. I. intorno il piacere). Et Aquinas: = Delectatio venerea totam animam absorbet =; sed melius adhuc Apostolus: = Animalis homo non percipit ea [illegible]

quę spiritus sunt: stultitia est enim illi et non potest intelligere = (1. Cor. XII. 14)

D.) Quinimmo homines sensibus obstricti, et libidine capti pro gressu temporis eo deveniunt, ut nil ipsis libeat nisi caro, atque omnia amplectentur sub specie carnalis delectationis.

Et quidquid illis loquaris vel insulsum erit ac prorsus indiferens vel voluptatem sapias. Hinc illud proverbium: = Omnia immunda immundis = . Qua de re Rousseavius non veritus est dicere: = Come mai ciò, che trapassa per orecchie impure, non contrarrà egli la loro sozzura? =

E.) Dum e contra si homo leges suas physicas exerceat volens quęcunque vult ad rationis consilium, tunc singulę ejus leges intensiores fiunt: tunc nullus homo cum detrimento aliorum seipsum perficiet; tunc previo excellentię ordine, natura expleatur necesse est.

Hinc scite loquebatur Carolus Paschalis: = Quisquis veritate frenus est hunc nulla vis deficere, nulla fraus illicere, nulla perturbatio mente dimovere potest = (Lib. de virtu. et vitii.). Et dignum sane est ut audiatur illud Scripturisticum: = Si enim secundum carnem vixeritis moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis = (Ad Rom. VIII. 13).

Concludendum igitur tres hominis leges recte non augeri, earundem excellentię ordine perturbato.

Articulus V.

, Utrum in quovis homine sit humana natura ejus intensionis capax quoad predictas leges ..

—

A.) Non sunt homines quoad predictas leges ejusdem intensionis capaces. In primis non sunt capaces ex eo, quod cum eorum educatio dependeat tum a diversitate status, loci et temporis, tum ab aliorum exemplis, et doctrinis, quae singuli non inveniantur hisce in circumstantiis externis.

B.) Quarum circumstantiarum insuper diversitas nec una, nec eadem remanet singulis hominum generationibus: sed modo plus, modo minus p[illegible]itia hominibus educandis sistitur. Hinc preclarus vir Adam Ferguson a[illegible]at: = la spezie ha i suoi progressi così bene che l'individuo: gira i fondamenti che la precedente età le ha lasciati, alla fabrica per la susseguente ..... la sua perfezione nell uso delle sue potenze esser non può, che il prodotto di una lunga esperienza, e de' combinati effetti di parrecchie generazioni = (saggio sulla stor. civ. ... 1.). La specie ha i suoi Progressi.

C.) Non sunt tandem singuli homines quoad leges suas ejusdem intensionis capaces vel ex eo, quod neminem inter ipsos est reperire alii equalem quoad omnia. Hinc nedum corporis, sed spiritus etiam habitudine [illegible] ad invicem; alii corpore infirmo vel tardo; alii non; hi in:

[illegible]

genio subtili, et prompto; obtuso illi et tardo etc. etc.

Quæ omnia quantum conferant, vel noceant in re, de qua agimus, inutile prorsus est dicere

Proinde, ne non omnes homines easdem intensiones capaces sunt habendi quoad leges suas physicas, morales, et intellectuales.

Quæstio II.

De Legum omnium socialium natura.

Propos. I.

Ad leges hominis sociales, pertinet unitas.

Articulus Unicus.

Utrum ad leges hominis sociales pertinet quandam habere unitatem.

—

A.) Respondemus affirmantes rem paucis confirmaturi.

Demonstravimus supra hominem non esse animal solitare ac solivagum, sed aliorum hominum auxilio ac consortio indigere, ad vitam tum physicam tum spiritualem ducendam.

At quævis humana societas, sive aliquorum hominum in unum concordia non potest haberi, nisi per unam causam sive rationem = Nullus enim inter multos eventus unus est = (Tert. De Pres. adver. Heret. c. 28.)

Leges igitur sociales tales sint oportet, ut per ipsos plures uniantur homines: unitatem proinde habeant necesse est.

B.) Quod sic Aquinas tradebat: = In pluribus ad hoc, quod quoquo modo regere possint requiritur quædam Unio; quia nec multi navim in unam partem traherent nisi aliquo modo conjuncti. Uniri autem dicuntur plura per approxinquationem ad unum = (De Reg. Pr. l.1. c.2)

Leges igitur sociales ejusdem societatis membris communes sint oportet. Hinc est quod pereunte hac qualitate, societates ipsæ pereant; cum contra ex pluribus societatibus sese ad unum appropinquantibus una tandem fiat societas.

Leges igitur sociales quandam habere debent Unitatem.

Propos. II.

An leges hominum sociales diversitas spectet.

Articul. Unicus.

Utrum aliæ ac aliæ sint oportet leges hominum sociales.

—

A.) Hoc pariter affirmamus, et triplici de causa.

Est lex ratio operis quæ non solum variatur secundum diversitatem finis, sed etiam secundum eorum diversitatem quæ operationi subji:

ciuntur sicut ratio operandi per artem diversa est secundum diversita:
tem finis, et materię; aliter enim, exponebat Aquinas, operatur medicus
ad ęgritudinem pellendam, et ad sanitatem conservandam, atque aliter
operatur in corporibus diversimode complexionatis (D. Th. con. Gen. l. 3. c. 101.)
Porro quis est qui nesciat qualis et quanta sit varietas locorum quę homi-
nes inhabitant, conditionum ad quas spectant, et status legum, quibus
quisque constat. Non enim quivis mons aut vallis eodem modo frugifera
nec quęvis conditio v. gr. puta vita pastoralis, piscatoria ecc., eisdem sub:
jicitur necessitatibus, aut gaudet commodis. Tandem omnis homo diver:
simode sese habet, tum pro diversitate ętatis, tum generationis ad quas
pertinet

Cum igitur alia ac alia sint quę operationi subjiciuntur, leges socia:
les, quę sunt totidem operationes operis, varientur necesse est.

(B.) Hinc est quod Legislationes celebriores diem egerunt, atque
fuit semper in more positum apud viros doctos vel consulere, vel si quis
auctoritas aderat, leges hominum sociales identidem permutare.

Atque hinc repetenda est nationum sive mors, sive longevitas.
Leges enim hominum non semper eędem apud omnes esse debent.

Propositio III.

Ad leges hominum sociales quædam cum hominis natura pertinet proportio.

Artic. Unicus.

Utrum in sua unitate ac varietate leges sociales quamdam debeant habere proportionem cum legibus singulorum hominum.

—

A.) Affirmamus: si enim non una ac eadem lex socialis potest esse apud omnes, sed ex adverso diversa esse debet pro diversitate locorum, et temporum, et personarum; eadem de causa lex ipsa socialis in sua unitate ac varietate componi debet cum ipsius hominis capacitate.

Quæ hominis capacitas cum in quovis homine constanter diversa prorsus habeatur, consequens est legem socialem, respectu habito ad quemcumque hominem sic unam ac diversam esse debere, quo ipso modo diversitas hominis capacitas requirat.

B.) Ut autem dignoscatur quæ debeat esse et qualis ista proportio ac aptitudo sufficit nobis, si leges hominis ipsius, de quibus supra disseruimus, spectemus, una cum suis potentiis satis superque infirmis.

His enim lex socialis quatenus ex parte bonis ac sanis optari debet

inseri ac veluti inoculari ut easdem [illegible] addat perficiatque quatenus vero infirmæ sunt ac corruptæ, easdem debet lex socialis sanare ac corrigere.

C.) Quapropter fit, ut cum homo non operetur, nisi secundum ordinem generationis, nec ipse recte operetur, nisi secundum ordinem excellentiæ, fit, dicimus, ut sequenti proportione quævis lex socialis necesse sit ut gaudeat

Nonnisi recta ac vera proponere debet: præmio ac pœna homines ad sui observantiam inducere tenetur, ex eo maxime quod sint corrupti: oportet tertio ut homines ipsos per oculos et aures edoceat

Atque proinde quævis lex socialis, ut possit dici cum necessaria proportione ad hominis naturam; apta esse debet ejusdem potentiis, ac legibus, ac beatitudini cujus indiget, hoc est vera, præpotens secundo esse debet, ut quæ bona sunt confirmare et quæ sunt mala tollere valeat; ac tandem sensibilis, cum homo nonnisi ope sensuum [illegible] possit.

Propositio IV

Ad leges hominum sociales Ministerium pertinet, quo proponantur, custodiantur, ac explicentur.

Artic. I

Utrum aliquod Ministerium legibus hominum socialibus sit necessarium

---

A.) Adjungimus autem, leges sociales superius expositas, nullatenus sufficere ad societatem hominibus necessariam, constituendam ac conservandam, nisi quoddam superaddatur Ministerium, per quod leges ipsae sociales aptentur videlicet hominibus ipsis

Quod illico perspicitur ubi tres status hominum paulisper perpendantur, qui semper uniti in quavis societate reperiuntur. Ubicumque enim sit hominum societas, infantes reperiuntur, qui quod oculis vident ab aliis fieri imitantur; quaeque ii loquuntur, sicuti audiunt. Requiritur igitur omnino Ministerium aliquod per quod ope eiusmodi infantes edoceantur illius societatis leges, cujus fuerint membra; per quod membris eorum oculis ac auribus leges proponantur sociales.

Sic in quavis societate adolescentes inveniuntur, qui satis superque cupidi, praepotentes, praecipites ac tumultuantes sensualitate atque ambitione

a bono distracti, et ad malum illecti, freno indigent, quo in officio contineantur. Ministerium igitur aliud etiam requiritur per quod peculiari quodam modo nimia adolescentium cupiditas coerceatur, sive praemiis hoc possit fieri sive poenis. Hinc Beccarius merito diceat = Non si doma una passione che col mezzo di un'altra: col loro impero deversi combattere la loro tirannia =

In quavis societate tandem homines adultos est invenire, qui ratiocinare gestiunt aliquod Ministerium, ut inde requiritur etiam sui leges quo sociales explicentur.

B.) Quocirca cum infantibus, adolescentibus, et adultis quavis societas constet, consequens est legibus ipsis socialibus necessarium omnino esse Ministerium, quo leges ipsae fiant visibiles infantibus, prepotentes adolescentibus, atque adultis [illegible].

Hinc videre est in quavis societate exemplis ac dictis infantes edoceri, minis ac suppliciis adolescentes in officio contineri, litesque adultorum per sententias judicum componi.

Hinc pariter necessitas apparet in quavis societate magistratus, [illegible] ratione exempli, ac verbi; fortis ratione freni, ac necessitas ratione judicii.

Quibus perspectis licet nos vera edoceant duae sequentes sententiae, parum tamen dicunt.

= Ubi non est Gubernator dissipabitur populus = Prover. XI. 14. = [illegible]

tis vita multorum esse non potest, nisi aliquis præsideret, qui ad bonum commune intenderet. Quod quandocumque ordinantur multa ad unum, semper invenitur unum principale et dirigens: multi enim per se intendunt ad multa, unus vero ad unum = (D. Th. 1. 1. quæ. 96. art. 4.).

Res igitur est nobis manifesta legibus societatis cujuscumque Ministerium aliquod necessarium esse nedum unum, sed aliquo sensu triplex.

Articulus II.

Quomodo nominentur societates diversis legibus rectæ.

—

A.) Diversimmode autem nominantur societates atque præcipue de causis: primo nempe ratione finis qui proxime intendunt; secundo ratione personarum, ex quibus simul unitis constant; tertio ratione eorum, quorum fit inter conjunctos communicatio; quarto denique ratione eorum qui præsunt.

Sub quovis ex his quatuor aspectibus diversimmode denominantur societates.

B. Ratione finis primo loco societates vel Sacræ, vel Prophanæ dicuntur. Sacræ dicuntur si proxime inserviunt ad beatitudinem æternam [illegible]. Hujusmodi sunt complures sodalitia inter Christianos ac Claustra: nec non ipsa Hierarchia. Quin etiam tales esse sibi confidunt, quotquot sunt Ec-

cleri aberrantes.

Prophanæ vero dicuntur societates, si de[...]us hujus sæculi sunt, pe-culiariter sollicitæ: quæ autem et quantæ hujusmodi sint ad Deum spectat pronunciare

C.) Ratione autem personarum, qua societas in sinu suo re-git ac alit alia dicitur domestica, sive familiaris; alia nationalis sive patria et alia universalis sive humana.

Cujus triplicis denominationis ratio patet, ne ultra dicamus.

D.) Ratione vero eorum, quorum fit inter conjunctos commu-nicatio, triplex quidem dicitur: commercialis nempe dicitur si rerum fiat communicatio: amicalis sive amicitia, sive amore mutuo officiantur conjun-cti; si vero cognitionum, ac veritatum fiat communicatio, societas litera-ria habetur

E) Ratione tandem eorum qui præsunt, domestica, sive patriarca-lis dicitur, in qua parentes principantur; Monarchia in qua unus principatus in-per multas familias; Aristocratica, in qua plures principantur dicti etiam O-ptimates, Magnates, Satrapæ etc.; Democratica, in qua quidem plures princi-pantur, attamen inter omnes et ab omnibus subditis electi. Commixta tan-dem audit societas, in qua quidem unus præest, et multi principantur, sed qui ex popularibus possunt eligi et quorum electio ad ipsum pertinet popu[lum]

Quod si a virtute deflecteret Patriarchalis, vel Monarchica societas, nunc dicitur Tyrannis; si vero Aristocratia deflecteret, Oligarchia; si tandem Democratia, Anarchia dicitur.

Articulus III.

Quæ ex hisce societatibus aliis præcellere sit habenda.

R.) Non una responsione fit satis huic quæstioni; sed plura est respondere pro diversitate rationum, sub quibus societates spectatæ diversimode nominantur.

Dicimus igitur imprimis societates sacras omnibus aliis præcellere propter maximam finis excellentiam, quem proxime respiciunt. Hinc Magistratus sacri pluris omnino sunt faciendi quam profani: quinimo minimus inter illos quovis rege dignior ratione sui status. Atque ipsa sacra societas adeo est excellens, ut omnia Regna mundi ulnis sui veluti amplectatur; et digni, quibus compatiamur, sunt omnes illi, qui Ecclesiam in Regno concludunt miserrime.

Cumque tempora vivamus hac de re consita tribulis, ab re non erit Aquinatem audire, qui sic tradebat: = Ars ad quam pertinet finis movet suo imperio artem, ad quam pertinet <u>id quod est ad finem</u>...... semper ars vel potentia, ad quam pertinet finis Univ is movet ad agendum

artem vel potentiam ad quam pertinet finis particularis sub illo Universali comprehensus: sicut dux exercitus, qui intendit bonum commune scilicet ordinem totius exercitus, movet suo imperio aliquem ex tribunis, qui intendit ordinem unius aciei = (D. Th. 1.2. qu. 9. art. 1.)

B.) Si vero sermo instituatur de tribus societatibus ratione personarum districtis dicimus societatem domesticam esse excellentem; nationalem excellentiorem; universalem excellentissimam.

Loquendo vero de societatibus ratione rerum districtis societatem commercialem affirmamus bonam; amicalem, meliorem; litterariam cum virtute conjunctam, optimam prorsus.

C.) De societatibus tandem ratione eorum qui praesunt districtis verba facientes, dicimus primo generice meliorem illam habendam esse societatem, quae prae aliis sub ennibus cadit, prae aliis sit fortior atque sapientior: tum enim excellentiori modo leges praeponerentur infantibus, tumultus cohiberentur in adolescentibus, et ratio praevaleret in adultis.

[illegible] generice de eodem loquentes asserere non dubitamus post Aquinatem: = Expedit, tradebat, ut regimen justum sit Unius tantum ad hoc, ut sit fortius. Quod si in injustitiam declinet regimen, expedit magis ut sit multorum, ut sit debilius, ut se invicem impediat. Inter injusta igitur dominia tolerabilius est [illegible], pessima vero tyrannis = ([illegible] lib. 1 c. 3).

Iterum idem insequentes minus adhuc generice dicimus, populo fere infantili opportuniorem esse Democratiam, adolescenti et ambitioso Monarchiam opportuniorem omnino; adulto et virtuoso, qui nunquam erit, sufficientem dicimus esse Democratiam, meliorem Aristocratiam, optimam Monarchiam.

Quæstio III.

De Legum Cosmologicarum natura.

Propos. I

... ad leges Cosmologicas pertinet Unitas, Varietas et Harmonia.

Articulus unicus.

Utrum Leges Cosmologicæ Unitatem, Varietatem, et Harmoniam habeant.

—

A.) Huic quæstioni respondemus experientia, et ratione.

Et imprimis experientia communi innixi observamus omnes fere homines in rerum natura, in corporibus nempe, in plantis, in animalibus ac in ipso ipso experiri varias, ac varias inclinationes, hoc est varios agendi modos sive leges, tum pro diversitate locorum, tum pro diversitate temporum. Et tamen omnibus inest opinio de Mundi unitate forsitan propter identitatem legum, quæ identidem apparent in quatuor anni tempestatibus. Ita ut proinde homines communiter, experientia duce, in legibus cosmologicis unitatem sentiunt ac varietatem

Non sic vero res se habet communiter quoad legum ipsarum harmoniam; aliqua quidem apparet, non multa minus adhuc maxima. Hinc popularibus opinio de casu et fortuna: hinc tot, ac tantæ lamentationes, ac imprecationes. Cujus rei rationem ex eo nos derivare dicimus, quod res, et phænomena, quæ ad invicem concordant, non observantur a vulgo, vel quia in locis et [illegible] dissitis eveniunt atque temporibus, vel quia aliis curis nimium distracti.

B.) A communi autem experientia quam plurimum distat illa quam dicimus eruditorum, sive eorum qui student scientiis physicis.

Apud eos enim unitas et varietas in legibus cosmologicis, atque harmonia, si fides ipsis dicentibus habeatur, res est in propatulo: siquidem de harmonia loquentibus est ipsis commune proverbium = Corruptio unius est generatio alterius =. Ast cum bona venia tantorum virorum, quoniam ex unitate finis ultimi, et causæ primæ, hoc est ex cognitione rerum omnium opificis, unitas legum cosmologicarum, atque in earumdem unitate harmonia deducitur; nec Dei existentia, ac natura sensuum experientia dignoscitur, consequens est [illegible] omnes. Atque hac in re licet plurimum esse meritos fateamur, non dubitamus tamen asserere, tanto in negotio eorum conatu sine rerum Metaphysicarum lumine esse veluti [illegible] Pumilis vel pygmæi Atlantem [illegible].

C.) Ratione tandem ducti affirmamus, leges cosmologicas unitatem, varietatem et harmoniam prae se ferre.

Unitatem ex eo, quod unus Deus sit rerum omnium causa prima, efficiens, finalis, et exemplaris

Varietatem dicimus secundo ex eo prae se ferre, quod multa admodum, ac diversa sint entia in rerum natura aliis ac aliis potentiis munita; atque Providentiae Divinae sit res creatas gubernare secundum earumdem diversitatem naturae.

Harmoniam tandem ex eo dicimus leges cosmologicas prae se ferre, quod ejusdem defectus vel Dei sapientiam, vel Dei potentiam, aut Bonitatem turpiter laederet. Hinc merito in Sacris Litteris admiramur scriptum de Deo: = Attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter = (

D.) Quod si interdum rerum elementa videntur inter se pugnantia ruinam afferre, ac animi maerorem, haec tantummodo sunt apparentia, nec minimum quidem harmoniam laedunt: magis enim deferendum est rationi quam sensui. Et postquam eluxerit ratio, silendum carni

Restat igitur, ut leges Cosmologicae unitatem, varietatem, atque harmoniam habeant.

Propositio II.

Mundus hic quoad finem optimus

Articulus unus

Utrum Mundus hic adspectabilis sit perfectissimus.

A.) Antequam ad hanc quaestionem accedamus nonnulla circa bonitatem sive perfectionem praenotanda censemus.

Triplex est bonitas, sive perfectio: increata nempe una, et infinita, quae ipse Deus est; et creatae aliae duae, proindeque finitae. Quarum altera est finis ultimus, quem Deus Op. Max. singulis creaturis liberrime proposuit obtinendum quamque nos hic dicemus bonitatem creaturarum finalem. Altera autem bonitas creata est aptitudo creaturarum ipsarum ad finem obtinendum quam pariter ad alius distinctionem dicimus bonitatem creaturarum potentialem.

B.) Quibus praemissis dicimus Mundum hunc quoad bonitatem suam finalem spectatum nullo modo posse dici optimum: quidquid enim est finitum cum infinite distet a Deo, infinitis modis a Deo ipso perfici potest. Insuper non diceretur mundus hic inter possibiles Deo perfectissimus, quod eodem tempore Divina omnipotentia nil melius posse

facere, non esset dicenda.

Non ignoramus quidem ideo ab adversariis mundum hunc inter Deo possibiles dici optimum, quia aliter ratio sufficiens defuisset creandi mundum [illegible]: sed incassum omnino sic asseritur. Hoc enim modo infinita libertate Divina voluntas non esset donata, nec hominis posset defendi libertas; praeterquamquod res absurda et non digna nobis videtur velle imponere impossibilibus causam sufficientem, cur Deus unum prae aliis eligere [illegible].

Quoad igitur bonitatem suam finalem Mundum hunc licet adspectabilem, dicemus quidem bonum, optimum nunquam

C.) Si vero instituatur quaestio de bonitate potentiali [illegible], sine ulla dubitatione optimum pronuntiamus

Repugnat enim aliquid esse a Deo propter aliud, quod ad finem [illegible]um, quam aptissimam non sit undequaque. Ita ut, attentis Divinis attributis, quaecumque sunt a Deo facta, habebimus semper: = valde bona = (Gen. 1.31)
Nec huic secundae conclusioni malum metaphysicum, morale, et physicum vel minimum opponuntur

Malum enim metaphysicum, sive distantia ab infinito bono in creatis rebus est omnino necessarium; cum unum sit duntaxat possibile infinitum; proindeque ne minimum quidem nocet. Nec morale ullatenus

Mundi quam aperuimus perfectionem lędit: malum enim morale hoc est peccatum, ab homine venit, quem profecto melius est liberum quippe creatum quam non fuisse: peccatores insuper, dicamus cum cri-tistis ea hoc mundo relinquuntur vel ideo ut corrigantur, vel ut per ipsos justi exerceantur: de cętero si peccatores brevi hac vita Mundi per-fectionem dehonestarè ac tenebris offundere aliquo modo posse videntur, alia vita, quę in ęternum perdurabit suis ipsisque debitis poenis Divinam justitiam ac proinde Mundi ipsius perfectionem exaltabunt. ita ut ma-lum morale progressu temporum, potiusquam lędere Mundi perfectio-nem confirmabit.

Malum tandem physicum ne opponitur quidem. Dolor enim ac timor de tuenda salute, de periculis evitandis fortiter clamant. Prętorea = Quanti di questi mali altro non sono, che le naturali conseguenze de' nostri traviamenti: e lungi dal ... necessarii eventi nell'ordi-ne della natura, sono un lento rimedio contro le cause, che li produ-cono = (Dugald Steward). Ita ut timor et dolor, adjutores sunt, et provecto-res justitię

Nullum igitur malum sive metaphysicum, sive morale, sive physicum prohibet quominus mundum hunc quoad potentias ac leges nos dicamus optimum.

al giusto obbliato, che le sue virtù hanno un testimonio .... Quanto più mi sforzo di contemplare l'infinita sua essenza, tanto meno la concepisco; ma ella esiste, e ciò mi basta: meno la concepisco e più l'adoro. Mi umilio, e dico: Ente degli Enti, io sono, perchè tu sei: il meditarti incessantemente è un innalzarmi alla mia sorgente: l'uso migliore della mia ragione è di umiliarsi, ed annientarsi al tuo cospetto; il sentirmi oppresso dalla tua grandezza è il mio rapimento; ed il conforto della mia debolezza =.

Articulus II.

Utrum ex eo, quod entia contingentia existant, existat ens a se, sive necessarium, Deus.

—

A.) Atque primum Divinæ existentiæ momentum deducimus ex entium contingentium existentia.

Nomine entium contingentium, quemadmodum in Ontologia tradebamus (parte I. c. 2. qu. 3. art. V.), veniunt entia, quorum existentia non sit ipsis essentialis, et necessaria; quæ proinde poterant existere, et non existere.

Dari autem hujusmodi entia, facile est videre. in dies enim ac horas in rerum natura videre est fieri motus, mutationes, ac phænomena, quæ omnia, cum ita postea existant quemadmodum antea existebant evidens est hanc posteriorem existentiæ rationem, non necessariam ipsis, sed contingentem omnino esse,

Nihil rursus prohibet, quominus concipiamus non existere quęcumque nobis circumstant: quod impossibile esset, si eisdem existentia essentialis foret.

Dantur igitur entia contingentia, quę videlicet existere et non existere poterant.

B.) Unde autem factum est, quod sic existant? Numquid a se ipsis habuerunt, ut existerent? aut ab aliis entibus contingentibus? Neutrum horum dici potest.

Qua de re audiamus Aquinatem ratiocinantem: = Videmus in mundo quędam, ajebat, quę sunt possibilia esse, et non esse, scilicet generabilia, et corruptibilia? Omne autem, quod est possibile esse, causam habet; quia quum de se ęqualiter se habeat ad duo, scilicet esse et non esse, oportet, si ei appropriętur esse, quod hoc sit ex aliqua causa. Sed in causis non est procedere ad infinitum...... Ergo oportet ponere aliquod primum necessarium, quod est per se ipsum necessarium, et hoc est Deus = (lib. 1. Cont. Gen. cap. XV. n. 4.)

Quum igitur entia contingentia existant, ens quoque a se, sive necessarium existit.

Articulus III

Utrum ex eo quod esse cœperit mundus, ideo ens increatum, sive ęternum, quod Deum appellamus, existat

A.) Secundum vero Divinę existentię momentum ex eo derivamus

quod Mundus esse cœperit.

Hugo Grotius putabat duplici via Mundum esse factum demonstrari posse: = Res aliquas esse, inquiebat, quæ esse cœperint, sensu ipso, et confessione omnium constat = (De Ver. Rel. Chr. lib. pag.).

Quod et ipsi tenemus: dicimus igitur 1º mundum esse cœpisse ex eo, quod dentur mutationes in rerum natura, cum sine principio non habeatur processus (Aristoteles): dicimus ex eo quod complures res novas in dies subeant mutationes, et tempore sint mensurabiles: quæ sine initio essent mundo impossibilia. Hinc Tertullianus pronuntiabat: = Novitas initium testificatur ..... caret ætate, quod non licet nasci = (Contra Marc. l. 1. c. VIII.).

Quam mundi originem vel ipsa universalis traditio nobis testificatur: non enim apud omnes, quod mundus cœperit opinio foret si æternus esset. Quam rationem audiamus exponentem praeclarum virum Poulli: = Questo è un fatto, exponebat testificato dalla tradizione di tutti i popoli della terra ..... da non aver potuto essere inventato: e tutti i popoli non avrebbero dubitato della eternità del mondo se veramente il mondo fosse eterno. Ma e donde mai essi avrebbero tratta l'opinione del suo principio? L'esperienza nè propria di loro, nè quella de' loro antenati non li aveano informati; che anzi questa avrebbe mostrato loro un mondo che sempre ha sussistito, e quindi essi avrebbero giudicato essere sempre stato il Mondo = (Vedi

In Clot. Bibl. vend. vol. 1. observat. prelimin. §. 7. pag. 92.). Hinc merito exclamabat Job: = Interroga generationem pristinam, et diligenter investiga Patrum memoriam: Hesterni quippe sumus = (Job. VIII

Mundus igitur duplici de causa uti Hugo Grotius tradebat credendus est initium habuisse.

N. Unde autem esse cœpit? A quo ipsum dices originem traxisse? Ab una nos dicimus ex tribus, quæ sequuntur rationibus, indubitanter ipse cœpit. Nullam enim aliam viam tibi recedenti invenies.

Vel enim 1° ipse dicendus est a se cœpisse esse, vel ab aliis; quod iterum fuerit factum, ita ut tibi ascendenti in nullam sit devenire causam, quæ ab alia itidem non fuerit facta ad infinitum usque; vel 3° dicendus est cœpisse esse ab ente non facto, sive æterno.

Sed primum dici nequit: si enim mundus a seipso esset factus a se necesse habuisse ut inciperet; tunc ipse esset sui ipsius et posterius; prius ad existentiam dandam; posterius ad accipiendam. Esset tunc et non esset eodem tempore: esset ut sese gigneret; non esset ut gigneretur. Quocirca sententiæ superius allatæ de modo cognoscendi res aliquas initium habuisse, sic invenimus Hugonem Grotium illico subjunxisse: = Eæ autem res ibi non fuerunt causa, ut essent inquiebat; nam quod non est agere non potest: nec ipsa res esse potuit, antequam esset: sequitur igitur, ut aliunde habuerint sui originem = (Hugo Grotius ibi)

Nec minus repugnat secundum: ascendendo enim per illam causarum antecedentium infinitam seriem nullas inveniremus nisi dependentes causas: atque proinde in tota illa causarum serie quantumvis infinita nulla omnino esset causa sufficiens, cur mundus esse extitisset. Quapropter optime pronuntiavit Boschovichius = Summa omnium nihilorum utrumque infinitorum est nihil = (Theor. Phil. natur. n. 248.). Quum e contrario per eamdem causarum antecedentium seriem descendendo nunquam omnino ad praesentem generationem deveniremus. Praeclare id tradebat Aquinas = Quod praeexiget infinita, impossibile est esse, cum non sit infinita pertransire = (D. Th. Con. Gen. [illegible] n. 3.)

Restat ergo ut tertium dicamus: mundum nempe extitisse ab ente non facto. Ex eo igitur quod mundus hic adspectabilis esse coeperit, ens increatum, sive aeternum recte existere concluditur

Articulus IV

Utrum ex eo quod in rerum natura datur motus, existere necesse sit movens non motum, quod Deum appellamus

---

A.) Tertium vero Divinae existentiae momentum ex eo desumimus quod in rerum natura detur Motus. Certum enim est in corporibus naturalibus motum [illegible] existere [illegible] per-

...sum et de eo nihil subdit.

D.) Illico igitur sic fas erat ratiocinari: in rerum natura vel a seipsis res moventur; vel aliunde a moventibus motis; vel a movente non moto: trilemma rectum est ac evidens

At in primis nequaquam res a seipsis moventur; tum quia materia est iners, nemine diffitenti; tum quia ad aliquid movendum requiritur aliquid esse in actu atque ut aliquid moveatur requiritur ut idem sit in potentia ad illud ad quod movetur: quapropter si aliquid se ipsum moveret eodem tempore ageret, et ageretur, causa et effectus secundum idem. Insuper si res a se ipsis moverentur, esset motus essentialis, quatenus supponitur non aliunde requisitus; et non esset essentiali quatenus esse inciperet. Ergo res, in quibus apparent motus, a se ipsis non moventur.

Absurdum pariter est dicere res moveri a moventibus motis vel enim sisteretur in causa movente non mota; vel procedendum esset in infinitum usque. Sed non est procedere in infinitum, ut alibi fuit nobis demonstratum.

C.) Concludamus itaque cum D. Thoma: ergo = necesse est ponere aliquod primum movens immobile = (Contr. Gen. lib. 1. c. 20.): = ergo necesse est devenire ad aliquod primum movens, quod a nullo movetur = et hoc omnes

intelligant Deum = (id. 1 par. qu. 2. art. 3.).

Ex eo igitur quod in rerum natura datur motus, aliqua esse debet causa movens non mota, quam Deum appellamus

Articulus V.

Utrum ex eo, quod in creaturis dentur inclinationes, idcirco existat necesse sit finis ultimus, quem Summum Bonum sive Deum appellamus.

A.) Quartum Divinæ existentiæ momentum ex inclinationibus desumimus, quas unicuique distinguere est in rebus creatis.

= Difatti tendono ad un centro i gravi allo sviluppo le piante a mantenersi, e propagarsi gli animali; e molte inclinazioni l'uomo stesso soffrisce =.

E da ciò avviene, che si agisca dalle creature: anzi le operazioni non tanto suppongono le inclinazioni, ma ancora a queste si informano. Hinc videre est in rerum natura propter multitudinem inclinationum, multitudinem etiam fieri operationum.

B. Ast hujusmodi dari non possent sine ultimo fine, ac proinde sine Deo.

Vel enim inclinationes illæ essent ad aliquid determinatum, vel non. Si non essent ad aliquid determinatum, tunc omnes effectus iidem res:

pondentes essent pariter indeterminati, et indifferentes: quod obstat continuae experientiae. Nil enim existit nisi particulare, et determinatum. Insuper si creaturae per illas inclinationes indeterminatas essent operaturae, nil unquam operarentur, cum a contingente ad utrumque fieri non possit certus ac determinatus affectus. Sunt ergo omnes inclinationes ad aliquid determinatum.

Neque illud ad quod huiusmodi inclinationes sunt determinatae potest semper in aliud, ac aliud refundi sine fine. Tunc enim homines exem. grat. priusquam aliquid agerent intentione sua seriem finium sine numero percurrere deberent; proindeque cum non sit infinita pertransire, nunquam agere inciperent.

C.) Dum igitur in rerum natura dentur inclinationes; quarum inclinationes non stant sine fine; cumque series finium sine numero sit impossibilis; consequens est, finem ultimum idcirco dari debere.

Ast finis ultimus, sive Bonum Summum est, quod Deum appellamus. ergo ab inclinationum existentia Deus ipse existere evincitur.

Jo. Bapt. Du Hamel.. Ne ergo omnis intentio Naturae sit vana ...
Operum Philosophicorum Tom. ... ne detur progressus in Infinitum ...
[illegible]

Articulus VI.

Utrum ex eo, quod homines summum Bonum, seu felicitatem appetunt, sit ideo summum Bonum, quod Deum appellamus.

A. Quintum Divinæ existentiæ momentum ex desiderio desumimus, quod patitur omnino summi Boni. Omnes enim in seipsis experiuntur, quod Poeta cecinit:

Bella felicità! Tu sei d'ogni ente
Che respira quaggiù, mobile e fine. (Pope Sag. sull'Uo.)

Quin immo adeo felicitate trahimur, adeo naturam nostram explere concupiscimus, ut nonnisi hac de causa, nonnisi hoc ultimo fine moveamur, ac operemur: = Quis, Augustinus idcirco exclamabat, aliquid propter aliud optat, quam ut felix fiat? = (S. Aug. De Civ. Dei l. 4. c. 23).

(B.) Neque hoc profecto quis audebit dicere originem duxisse ab hominibus. Ab hoc enim desiderio omnia alia desideria proveniunt atque in hoc felicitatis amore homo ipse nequaquam activus est, sed passivus omnino non agens, sed patiens.

Non igitur ab homine, sed aliunde hoc desiderium felicitatis oritur: non ab homine sed ab alia ac alia fluit causa virtus hæc prepotens, ac in universa hominum dominans massa; atque oritur, fluitque necessario a

causa finali, in quam singuli feruntur homines felicitatis desiderio.

C). Vel enim hoc est nobis dicendum, vel a nihilo præpotens hæc ac dominans virtus originem duxisse est dicenda, vel a causis intermediis sine fine.

Ast neutrum horum dici potest; ergo verum primum.

Atque proinde cum causa finalis sit Summum Bonum, quod Deum appellamus, consequens est ideo Deum existere, quia felicitatem appetimus omnes. Et ovantes subscribimus Vati qui cecinit:

Che, benchè e' sia mortal corpo di terra
Lo mio fermo desir vien dalle stelle. (Petr. canz. 3).

Articulus VII.

Utrum ex eo, quod homines duntaxat in Deo amando pacem experiuntur sit idcirco Deus.

A.) Sextum Divinæ existentiæ momentum ex illa pace desumemus quam homines in solo Dei amore experiuntur.

Experientia continua constat, nullam ab hominibus inveniri requiem nisi in Deo amando: alia quidem bona alliciunt quidem cor hominis et demulcent, nusquam autem implent, nusquam satisfaciunt. Hinc fatebatur Hagiographus: = In omnibus requiem quæsivi: in hæreditate Domini morabor = (Eccli

XXIV. 1.). Ita ut sit veritas extra controversiam posita apud doctos, quam hisce verbis Augustinus exprimebat: = Hæc est vera cordis requies, cum totum cor in amorem Dei per desiderium figitur, nec quisquam aliud appetit = (S. Aug. Man. c. XXVIII.)

B.). Quapropter sic nos observamus: nunquam illusionibus cor hominis saturabitur? Ut si hoc daretur, nonne saturari etiam deberet, dum bona creata prosequitur amore?

Ratione igitur et experientia concludimus, Deum idcirco existere, quia in ejus amore pacem experiuntur homines.

Et sic liceat nobis cum Augustino errantem hominem alloqui; = Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ, et corporis tui? Ama Summum Bonum, in quo sunt omnia, et sufficit = (Manuale XXIV).

Articolo VIII

Se dall'ordine, che vi ha nel Mondo, si possa conchiudere l'esistenza d'un ordine eterno, ossia d'un Ordinatore, che Dio chiamiamo.

A.) L'ordine stesso, che vi ha nel mondo un ottimo argomento ci somministra dell'esistenza di un ordine eterno, ossia di un Ordinatore, che chiamiamo Dio.

E che vi abbia un ordine, un piano, una legge, secondo cui si muovano

i corpi, animino i cuori, ed intendono le menti, ci vuol poco a conoscerlo.

Non vi occorre in primo luogo per ravvisare questa legge nei movimenti dei corpi, che di contemplare il Cielo, ed osservare quanto ci circonda in sulla terra. Anzi ad occhio nudo appariscono nella vastità dei Cieli la moltitudine degli astri, la grandezza delle masse, la lunghezza delle distanze, la celerità dei moti, e la precisione dei giri. Nè alcuno ignora le stagioni [illegible] ed il succedersi dei giorni, e delle notti per se tanto regolari, e sì strettamente uniti ai movimenti del Cielo. Il regno minerale tanto vario nelle sue parti, e tanto costante nelle sue variazioni; il regno vegetale così moltiplice ne' suoi individui, così costante nelle sue forme, così regolare nelle sue riproduzioni; ed il regno animale tanto variato, tanto attivo e durevole; tutti e tre questi gran regni nei loro movimenti, e progressi presentano determinazioni, rapporti, e leggi [illegible] Dopo [illegible] corso di più secoli l'uomo che li esamina li trova uniformi fino all' identità

Per conoscere poi che vi ha un ordine, secondo cui l'uman cuore spera o teme, porta amore, o odio, basta gettare lo sguardo su tutte le nazioni del Mondo, e i loro fasti esaminare. Gran che! Tra una sì prodigiosa varietà di costumi, e caratteri, osservava pure Rousseau, per tutto vi troverete le stesse idee di giustizia, ed onestà; le stesse nozioni del bene, e del male.

Che poi allo stesso modo, secondo cioè le stesse leggi, conoscano gli uomini la

verità, egli si capisce da ciò, che dappertutto certe verità si presuppongono, e da loro si parte nel ragionare. È perciò, che il filosofo lontano dal commercio, e dalle cure del mondo fa delle scoperte, le affida alle parole, le diffonde con la stampa, e viene inteso alla estremità opposta del mondo.

Nè qui è il tutto: tra le leggi che i movimenti del mondo fisico governano, e le leggi di costume, e di raziocinio, egli vi ha dei punti di unione e di accordo. Che se ella è cosa chiara, che le produzioni e generazioni delle piante, e degli animali stanno in relazione, e per conseguenza dipendono dal giorno e dalla notte, e dalle stagioni, le quali sono in armonia colle leggi, che regolano il firmamento, niente meno ella è cosa chiara, che l'anima dell'uomo per ragion del suo corpo è in istretta relazione colle leggi, che regolano i movimenti dei corpi. Da di qua è, che l'anima è puerile, adolescente, e virile; pronta nelle sue mosse, o tarda, placida ne' suoi affetti, o focosa: lo stesso spirito non marcia alla scoperta della verità, che coll'ajuto delle parole.

Cosicchè non solo i movimenti dei corpi sono regolati da leggi una con gli affetti del cuore; ma queste leggi medesime sono tra loro in armonia; vale a dire sono esse ad un altro ordine soggette, che tutte le domina, e regge.

(A) solo il moto per sua natura non ha veruna regolarità: agisce in tutte le dimensioni, ed in tutte le celerità (Chateaubriand Gen. del Cristia.

Scorre egli per tangente, taglia la secante, s'immerge nella perpendicolare

si aggira pel circolo, sdrucciola per l'Elissi, e la Parabola: si comunica per l'urto: prende delle nuove direzioni secondo l'opposizione, o riflessione de' corpi: ora va essi lentamente ora rapidamente, ed ora con velocità interotta: e con tanti gradi di differenza da stancare il più paziente matematico nel calcolarli.

2.) Che dunque resta da conchiudere, essendo manifesto un ordine nei movimenti dei corpi, nell'elezioni della libertà, e nei progressi dello spirito? Che altro mai si può conchiudere, non essendo questo stesso ordine se non che contingente?

Se ad alcuno bastava il moto, ad alcuno la struttura dell'occhio, ad altri la conformazione dell'orecchio; a chi la fabbrica del cuore, od anche la disposizione delle mani per conchiudere l'esistenza di una Mente Eterna ordinatrice: chi mai sarà così da poco, che poi non voglia dall'ordine universale delle cose la esistenza universale argomentare di una Mente Eterna Ordinatrice?

= Quis enim hunc hominem dixerit cum tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit? = Cicero

Articolo IX

Se dall'essere gli uomini religiosi, arguir si possa l'esistenza di Dio

---

1.) Un altro argomento ci fornisce dell'esistenza di Dio l'esser l'uomo universalmente religioso.

= Percorrete la terra d'ogni parte; dalle contrade più civilizzate dalle na:

gioni più colte passate in fondo ai boschi, fra le orde selvagge; nessun popolo nessuna famiglia sfugga alle vostre ricerche; entrate nella te[illegible] dell'[illegible] nella capanna del Negro, nel casolare del Cafro, e del Samojedo; ovunque troverete la credenza di un Primo Essere, padre di tutti gli esseri, ovunque udirete nominar Dio = (De La Mennais [illegible] della ver. Rel. Tom. 1. c. 2.).

B.) Il qual consenso generale degli uomini non si potrà mai certamente attribuirlo ad umano insegnamento; imperciocchè le parole per se nulla dicono; nè si conviene se non in virtù di quello si sapeva; con di più che gli umani insegnamenti sono sempre particolari.

Onde Cicerone scriveva su questo punto medesimo: = Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec una cum saeculis ætatibusque hominum inveterare potuisset = (Cicero De Nat. Deor. l. 2. c. 2.). Ed altrove: = Nec vero id collocutio hominum aut consensus [illegible] = (Inscl. 1° 3.)

C.) Non può per conseguenza difendersi questo universale consentimento se non che nella forza di una causa superiore a tutte le rovine del tempo, se non che da una virtù sovrana da cui le umane generazioni dipendono; se non che da Dio medesimo, il quale illumina ogni uomo che viene al Mondo, improntandole della sua immagine.

Cosicchè al tribunal della ragione l'universal credenza [illegible] una [illegible]

che Divinità sarà sempre argomento decisivo dell'esistenza di Dio

Articolo X

A) Plantę universim spectatę nedum iisdem gaudent proprietatibus quibus corpora primi ordinis afficiuntur: verum etiam vi activa gaudent, quę proprietatibus corporum comparari potest, ut melius nobis innotescat.

Singulę enim plantę sunt compositę, verum etiam vi naturaliter sibi indita, plantas sibi similes generant: ita ut proinde eodem tempore sint compositę et componentes

B) Quemadmodum corpora primi ordinis quamvis multo magis mutabiles

[illegible]

rant plantæ: præterquamquod in dies mutantur, possunt etiam diversimmode mutari. Atq vi naturaliter ibi indita, insuper quæ sibi congruunt attrahunt mo lecul as, easque collocant per intus susceptionem, locataque retinent, ita ut proin de non solum sint mutabiles, verum etiam mutantes.

(C.) Ad instar corporum præterea, quinimmo multo plus sunt rebus aliis ligatæ, et connexæ, ut per se patet: verum etiam sive quas suscipiunt moleculas sive quas producunt frondes, flores et germina certa quadam regula disponunt, atque connectunt.

Vedum itaque plantæ ad corporum distinctionem componentes sunt, atque mutantes, verum etiam ordinant.

Articulus III.

Quæ sint proprietates singulis Brutis communes. Vedi l'Hiken p. 257. n.° 160.

(A.) Sed quantum Plantæ corpora præcedunt, tantundem dicendum venit de Brutis cum Plantis ipsis comparatis.

Bruta enim pro diversitate circumstantiarum, inter quas factum fuit ut ipsa viverent, diversimmode vim a natura sibi inditam exerant atque evolvant.

[1] Gia. Lo struzzo della Nigrizia si guarda bene dal covare le uova, giacchè all'op posto le colloca tra la sabbia, perchè conosce che il calore di questa supplisce al suo. Ma lo struzzo del Capo di Buona Speranza, dove le notti sono più fredde, non lascia di covar le la notte. Le oche e le anitre nei climi freddissimi coprono le uova che covano con le piume che tengono sotto le ali spiccate col loro becco ogni qual volta debbano recarsi altrove in cerca di cibo. Ma non fanno però lo stesso ne' nostri climi, che sono di dolce temperatura. Nei paesi freddi per ripararsi dal rigore del verno i sorci muschiati si fabbricano una casetta, e semplici tane si costituiscono nei paesi caldi. I Conigli selvatici si formano un asilo sotterraneo, ma divenuti domestici trascurano di scavar la terra per procurarselo, attesochè non ne abbisognano più. I Castori non ergono argini allorchè si stabiliscono alle sponde di un lago, perchè i laghi non sogliono andar soggetti ad escrescenze ma gli innalzano bensì a quelle di un fiume, giacchè ne temono le innondazioni = (Cast. Dict. Peggi regni di Filosof Part. 1 cap. XXIX § 220)

Procerea ad distinctionem Plantarum, Bruta pro diversitate im pressionum, quas a circumstantibus corporibus patiuntur, componunt, mutant ac ordinant se et sua.

(B.) Nec hisce eorum concluditur præstantia. Nam pro diversitate etiam impressionum, præstantaneæ se se gerunt.

Quatenus enim mansuescunt Bruta, familiaremque vivendi formam assumunt, ac nostris se se accommodant usibus, quatenus nova edocentur ac proinde recordantur: = In tutti quegli animali; animadvertebat proinde vel ipse Anglus, che sono suscettibili di essere addimesticati, deve esistere la memoria la quale gli abiliti a riconoscere le anteriori lor sensazioni = (Fleming Filosof. Zoolog. vol. I. cap. XI. pag. 319.).

Quinimmo cum duæ simul adfuerint impressiones, et una earumdem reproducatur per sensus, non raro evenit ut alias etiam impressiones ipsa recordentur Bruta. Quam operationem vocant Philosophi associationem idearum.. E perchè mai altro fugge comunemente il cane, quando vede venirsi a ridosso il padron di quel bastone armato la mano, con cui ebbe più e più volte ad amministrargli le busse = (inter. Cæsar. Baumeister. institut. Metaphys.). Et auctor superius a nobis laudatus sic de se testatur: = Ci è accaduto di vedere un Bracco manifestare la più gran gioja in vedendo il proprio padrone vestire qualche abito che era uso di portare nelle ore di diporto = (id. ib.).

Tandem tantas antecellunt Bruta ex eo quod sensus suos sibi invicem quibusdam signis communicent: quæ signa proinde merito dicuntur quæ linguam bestiarum.

Quodque plerumque præstant nunc voce, nunc gestu. = I Camosci e. g. e le marmotte, in sentinella ne' luoghi eminenti, avvisano gli uni col grido, e le altre col fischio la loro brigata che l'inimico si accosta; quando le galline d'India prorompono in un gemito, che portano i figli a nascondersi sotto i cespugli, ed a contraffare i morti per salvarsi dall'uccello rapace che gli minaccia. Mentre un grido giulivo delle madri gli richiama poi dalla costernazione allorchè il predatore è sparito = (Card. Ant. Poggi Lez. di Filos. Vol. I cap. XXIX. §. 225.). Così = Nel cane possiamo leggergli in faccia soprattutto nella posizione, e movimento delle sopracciglia se egli sia contento, ovvero disgustato. L'espressione del primo sentimento è accompagnata dal movimento della coda che si scuote da un lato all'altro. Il toro esprime il suo disgusto piegando la testa al suolo, e sca[v]ando lungi la terra coi piedi anteriori, e colle corna. Il Cavallo manifesta la sorpresa, e l'ira col ripiegare in avanti ed indietro le proprie orecchie = (Fleming.).

Et nimis longum omnino esset ea omnia hic recensere, quibus in Brutis lingua apparet ad distinctionem plantarum.

Præ plantis igitur Bruta etiamsi composita, contingentia, et connexa, ac iis quæ vivunt sentiunt recordantur, atque loquuntur.

Quæstio III.a

Quæ præcipua corporum Principia inquiruntur

Articulus I.

Quæ sint Corporum Principia.

A.) Quævis corpora ex hisce tribus veluti ex totidem principiis exsurgunt. Ex partibus nempe, in quas per resolutionem devenitur, ex modo compositionis quo partes eædem sunt inter se connexæ, atque ex quadam vi, ex qua fit, ut quævis corpora, cujusvis ordinis illa sint, esse se dicunt.

B.) Atque illæ partes dicuntur etiam elementa corporum; modus ille compositionis alio nomine dicitur etiam structura, vis illa autem dicitur etiam principium activum, ac vis vitæ.

Antiqui Philosophi post Aristotelem quatuor dicebant esse Elementa, ex quorum varia commixtione cujusvis ordinis corpora exsurgere volebant. At non multis abhinc annis horum elementorum numerus studiosorum opera mirifice crevit: ad quinquaginta enim et octo eadem ascendere faciunt. Et quemadmodum concivis noster anno elapso excarabat: = Il tempo potrà discoprirne molte altre specie, il che è assai probabile, e potrà semplificarne il numero ponendo in mano del Chimico qualche reattivo potentissimo, o qualche mezzo delicato, col quale desumere che le une non sono che composizioni di altre = (Anton Giuseppe Lori. Ricerche analitico-razionali sopra la fisica, l'analisi, e la vita della molecola chimica di primo ordine. Sez. I. Parte I. cap. X.). in Tom. I. 2.

C.) Advertimus etiam ejusmodi elementa dici etiam materiam corporum atque ab Epicureis Atomos, a Leibnitio Monades a Wolfio Unitates, a Boscovichio post Zenonem eadem dici Puncta. [illegible] corpora [illegible]

Neque hic est nobis aliquid dicendum de eorundem elementorum compositione, sive structura. Sufficit nobis illam meminisse.

Articulus II.

An Corporum Elementa Simplicia sint vel Composita

A.) Hac de re contra concertatur inter Philosophos: nostram opinionem nos hic dicemus, unusquisque vero in sensu suo abundet.

Nos igitur post Leibnitium Elementa corporum non jam composita, sed simplicia esse judicamus.

B.) Si enim res aliter se haberet, tunc quodcumque corpus, cujuscumque molis esset eundem numerum moleculas habere deberet. Atque hac in hypothesi

a ogni divisione procedendo più [illegible] [illegible]

Ogni [illegible]

esset causa, cur unum corpus, præ alio, majus vel minus pondus haberet. Nec posse intelligi diximus, quomodo moleculæ, sive corporum elementa ex tempore et numero infinita in quibuscumque, quæ componunt corpora, nonnisi finitam habeant extensionem.

Cum igitur quæ Mundum hunc adspectabilem constituunt corpora, finitam habeant extensionem; cumque diversi ponderis sint corpora ex eodem composita elementis, quemadmodum numerus quicumque subsistit et terminatur in unitate, idcirco dicimus corporum elementa omnino esse simplicia.

(..) Difficile quidem et fortassis impossibile est humanæ menti intelligere quomodo ex entibus simplicibus plane inextensis, exsurgere possit ens extensum. Ast dato etiam et non concesso, intelligi nullimode posse hujusmodi compositionem: sunt de cetero, quas superius adduximus, rationes sat intelligibiles. Neque ex eo quod omnino intelligere non valeamus, valedicendum ideo erit illis, quæ intelleximus.

Ceteroquin nonne ex unitatibus quæ minime dividi possunt, omnes admittimus fieri numeros, qui utique dividuntur? Insuper suppositis corporum elementis impenetrabilitate donatis, quod nempe singula in singulis, iisque diversis existant locis, da plura elementa, eadem simul compone, et corpora pro diversitate compositionis diversimode extensa habebis.

Articulus III.

An Corporibus Mundum hunc constituentibus detur Vis agendi.

(2.) Diximus superius ex tribus veluti principiis corpora exsurgere ex partibus nempe, structura et ex quadam Vi agendi, sive activa.

Partes dari easque in singulis corporibus simul esse junctas ac certo quodam modo determinatas, atque compositas, res est prorsus evidens. Quod minime dici potest de Vi activa, de tertio nempe corporum principio

B.) Nec tamen nobis ejusdem vis existentia in dubium revocari potest.

Experientia enim quotidiana constat Bruta se invicem hoc vel alio modo afficere vel affici. Nec non plantas plus minusve brutis ipsis modesse, atque ex terris et aere particulas sibi conformes atque ad subsistendum necessarias attrahere.

Quinimmo vel ipsa corpora primi ordinis se invicem attrahunt pro diversitate quantitatis materiei, ea constans cuisque partibus, sic sibi cohærent, atque in corpora sibi similia sic agant, ut tendentiam quamdam sive conatum quemdam determinatum continuo manifestent.

e.) Vel igitur proprietates Bruti et Plantis communiores, atque Vis attractionis corporibus inferioribus communis in dubium vertenda sunt, vel si ex effectibus causę dignoscendę sunt, concludendum venit, quoniam in hoc Mundo dantur actiones, idcirco Vim activam dari debere.

Quamvis igitur ad instar partium et structurę corporum, Vis agendi minime appareat, nihilominus est certa.

Articulus IV.

An Vis hęc agendi, sive principium mutationum sit Unum, vel Multiplex.

A.) Non una fuit hac de re inter veteres et recentiores Philosophos sententia. Alii enim unam, alii plures dari debere dixerunt vires corporibus

Sed quod mirum est Conciris ipse noster superius a nobis laudatus unam tantummodo aperit Vim, quę causa sit ac veluti fons omnium illarum mutationum, quę sive in Cęlo, sive in Terra, sive in Plantis ac Brutis ipsis in dies apparet. Quinimmo quidquid admiratur sive in operationibus singulorum Brutorum, sive in structura quarumcumque Plantarum, sive in tempestatibus anni, dierumque ac noctium successione illud dicit nil aliud esse quam totidem = Combinazioni di attività molecolari = (Paris. ibid. Sag. III. Parte V. cap. 66. pag. 259.).

Quam unicam Vim duobus dicit agere modis expellendo et attrahendo: et plus affirmat repellere in moleculis quam in corporibus, atque magis in corporibus ipsis attrahere quam in iisdem moleculis

B.) Nos vero ea qua uti Philosophum decet libertate ac respectu hanc adversamur opinionem: et multiplicem dicimus dari in corporibus Vim agendi, sequentibus innixi momentis.

Et primo quidem argumentamur a pari. Quam igitur Chymicus regulam sequitur in rerum causis decernendis? A diversitate actionis, atque affinitatis diversas ipse concludit admittendas esse substantias. Ast quis est qui nesciat partes corporum inferiorum ab invicem sejunctas adhuc perdurare dum a contra pereunt si alicujus plantę sint vel bruti? Quis est prętera qui nesciat, plantas ac bruta ex germine oriri, inde adolescere, ac post senectam perire? Quis est qui nesciat quam multa sint bruta, quę ad plantarum distinctionem ope sensuum sese dirigunt ac recordantur, et ratiocinantur? Vel igitur logica Chymicorum est fallax vel multiplex admitti debet in corporibus Vis agendi

Aliqua insuper sive in vegetatione plantarum, sive in motu bellua=rum apparent phenomena, quæ minime legibus explicari possunt unius Vis, quæ admittenda dumtaxat asseritur. De quo Anglum pluries a nobis laudatum audiamus dicentem:

Allora quando il seme di un vegetabile venga deposto in seno alla terra col il concorso delle circostanze favorevoli alla sua germinazione, la pianticella distendesi e per opera del nutrimento dai cotiledoni somministrato, scioglie la radichetta e lo stelo. La prima di questi si sprofonda nel suolo non già per puro effetto delle leggi di gravitazione, poiché spesso il terreno è abben di lei più pesante: nel mentre che quest'ultimo trapassa ascendendo lo strato di terra sopra incombente, e si eleva ad una determinata altezza nell'atmosfera, non già neppur questo in conseguenza della specifica sua leggierezza, imperciocché la sua densità eccede quella dell'aria che lo circonda = | A.)

Gli Animali pure alla lor nascita ci offrono prossimamente gli stessi fenomeni dei vegetabili.... Più non trovasi allora l'alimento in contatto immediato co' lor vasi assorbenti, di modo che sono essi costretti di far uso de' piedi, del rostro, della lingua, e dell'esofago per raccogliere materia alimentare, e mandarla nel proprio stomaco = (Heming, ib.) | B.)

Et quemadmodum ipse observat Auctor: = Vano sarebbe di chiamare in soccorso nella spiegazione di questi fenomeni le forze di gravitazione e di affinità, poiché l'istinto serve in questi casi di regola a esse forze, e ne dirige la loro influenza = (id. ib.).

(C) Verum quidem est quod hic opponunt nobis, non esse nempe multiplicanda Entia sine necessitate: sed non minus verum est in eorum, quæ eveniunt explicatione, minime sufficere posse causas imperfectas, quæ nempe nonnisi ex parte rationem continent eventuum. Proindeque si error est multiplicatio causarum sine necessitate, falluntur etiam renuentes admittere causas cum necessitate | (C)

Aliqui autem ex eo dicunt unam tantummodo dari debere in omnibus Corporibus Vim agendi, quod ultimi gradus non appareant per quos a corporibus inferioribus ad superiora fit transitus. Quibus Abbatem de Feller juvat audire respondentem: = Non c'è nulla di meglio, dit qui, per iscompigliare tutte le idee e per mettere la confusion del discorso. L'impercettibilità de' passaggi impedisce forse che un essere senta, e che un altro non senta punto? Dal color bianco si giunge insensibilmente al nero: dunque tutti i colori son bianchi? Lo stesso dicasi del suono: non ce ne sarà che un solo? Come si faranno più gradi o ordini dopo sì bella scoperta? = (De Feller Catech. Filos. lib. 2. cap. III. n. 180.). | (D)

Quapropter post Fonn. Heming sic concludimus: = Siam dunque condotti ad ammettere, che vi siano tante differenti sorta di principii vitali, quante si hanno in natura specie diverse = (id. ib.)

Articulus V.

An Principium mutationum corporum dici possit idem ac vel Materia vel Structura Corporum eorundem?
vel modus corporis.

A.) Minime gentium: non potest dici in primis Vis agendi idem ac corporum materies.

Non potest dici primo ex eo quod materies est multiplex in quolibet corpore, et Vis agendi e contra est unica: non potest dici secundo ex eo quod Materia cujuscumque corporis diversimmode moveri possit prorsus deque aliter, atque aliter est passiva; Vis agendi e contrario est activa. Non potest dici tertio ex eo quod Materies corporis cujuscumque nedum in diversas, verumetiam in contrarias partes agi potest, atque moveri; quæ vero sunt essentialia; nedum esse et non esse possunt, sed neque mutari.

B.) Nihilo minus dicendum est quoad secundam quæstionis partem.

Si enim Vis agendi idem esset ac corporis Structura, tunc Vis ipsa agendi corporis partes simul unitas atque compositas haecque illaeque minime cogeret aliquando etiam, ut in brutis evenit ad destructionem usque. Præterea si Vis agendi idem esset ac Corporis Structura, nihil bruta domestica ab illis ejusdem speciei, quæ in sylvis degunt differrent: nec bruta adhuc parvula idem præstarent ac bruta ejusdem speciei quæ perfectam consequuta sunt ætatem. Tandem si idem esset illud idem quovis temporis momento evenire deberet, quod tantummodo aliquando evenit in singulis corporibus donec eadem structura gaudent.

C.) Non diffitemur quidem actiones brutorum aliorumque corporum respondere formæ sive structuræ. Si boum mugitus, aviumque volatus eorum respondet formæ.

Nihil tamen contra nos. Et ipse enim pictor diversimmode pingit pro diversitate pennicilli: neque quisquam ex hoc pictorem confundet cum suo pennicillo.

Articulus VI

An de principio mutationum brutorum idem senserint Philosophi.

A.) Varie de re diversimmode opinati sunt eruditi: quorum immo præcipuas opiniones ad tres nobis reducere placet.

Prima est, quæ bruta dicit esse totidem machinas divinitus artefactas sine ulloque neque principio agendi nec anima.

Ita docuit Pherecrates, ut ait Cicero (Lib. 1. Tuscul.). Hoc tradidit Cartesius cum suis Asseclis, inter quos eminet Purchotius. Hoc nonnullis placuit postremæ ætatis studiosis, quorum alii dixerunt = Potersi paragonare le mandibole armate di denti alle forbici, il ventricolo ad una bottiglia, le arterie e le vene ai tubi idraulici, il cuore ad un pestello di macchina idraulica, il torace ad un mantice, i muscoli alle leve, e simili = (Ag. P. Ricerche q. Sez. III. Part. V. c. 66).

[illegible] etiam maxime arridet [illegible] qui principium agendi qualecumque illud sit in brutis ab eorum materia distinctum quoddam vocat = Un mero fantasma, un' ombra vana, gettata sui corpi da fantastiche menti ingegnose = (id. ib.); opinionemque [illegible] contrariam videt adeo ut eam appellare non vereatur = [illegible] chimerica visione = (id. ib.)

(B) Secunda Philosophorum opinio est, quæ brutis animam concedit, non natura diversam, sed tantum gradibus ab humana inferiorem. Sic inter veteres arbitrati sunt Pythagorei, et Platonici, [illegible] qui animarum metempsycosin sive transitum non solum de corpore humano in humanum, sed etiam de humano in bellvinum, et de hoc in humanum [illegible] [illegible] animam brutis concedendam [illegible] dixerant Lucretius, Montaigne et [illegible]. Sic etiam postremis his annis nimium [illegible] homo Melchior Gioja tradebat. Juxta enim ipsum, ut refert Ant. [illegible] Rosmini: = L'intelligenza dell'uomo non differisce che per gradi da quella del canarino e della scimia. [illegible] intelligenza egli ne dà alle cimici, alle formiche, alle zanzare, alle foche etc. =

= Ed i gradi di estensione maggiore, che gode l'intelligenza dell'anima dell'uomo sopra quella degli animali la spiega coll'organizzazione più perfetta, [illegible] = ([illegible] IX [illegible])

(?) Tertia tandem Philosophorum opinio est veluti media inter utramque. [illegible] enim brutis quoddam principium agendi distinctum, atque diversum a [illegible] vi agendi aliis corporibus inhærenti, eam ab hominis anima.

[illegible] autem inter se [illegible] sententiæ [illegible] in [illegible] sita sit hæc brutorum anima. Alii enim ut Scholastici eam dicunt substantiam materialem incompletam non vero corpoream: alii vero eam dicunt simplicem omnino et inextensam, atque tum a corporibus, tum ab humana anima natura sua diversam.

Articulus VII.

An Cartesii sententia sit prorsus impossibilis?

(1) [illegible] respondeamus huic quæstioni aliqua præmittere juvat. [illegible] inquiritur an sint necne bruta totidem machinæ, quemadmodum affirmatur

Cartesius cum suis: neque inquiritur, cujus fuerint validitatis ejusmodi argumenta quibus sententiam suam nixus est tueri sed quaestio fit tantummodo de ejusdem sententiae possibilitate.

Non itaque utrum bruta sint machinae, sed an esse possint nobis inquirendum venit: hoc est, non de existentia, sed de essentia agemus

(B.) Priùs principiis ac Divinis perfectionibus [illegible] respondemus Cartesii opinionem nequaquam haberi posse impossibilem, atque belluas proinde esse posse totidem machinas.

[illegible] enim non raro ab hominibus factae fuerunt machinae, quae hanc vel illam belluam operantem, vel hanc aut illam operationem hominis imitabantur: minime infinitus foret Deus, si totidem machinas facere non posset, quae singulas belluas operantes imitarentur

Unde Protestanticus Vir Jacobus Abadie sic jure tradebat: = Io non so, ajebat ipse, se vi abbia un uomo così ardito nel Mondo, il quale osi dire che Iddio con tutta la sua infinita sapienza non potrebbe formare s'Egli lo volesse un Automato, che senza avere la menoma cognizione imitasse le cose di forza conoscitiva dotate. Come mai ardirebbesi ciò negare relativamente a Dio, dacchè pur si vede che ciò non è per poco superiore alla portata degli uomini? = (L'arte di conoscere se stesso)

(C.) Aliqui utique sic cogitare non audent; ideo quia hac in sententia Deus Op. Max. vel tunc ipsis videretur homines decipere, qui ut nunc bruta tenerent esse animata, vel quia tunc ipsi Deus videretur nihili ab hominibus aestimari, qui ut nunc tot ac tantas in belluis caedes committerent.

Sed hujusmodi timores sunt prorsus vani. Numquid enim aliquis rebus Deo tantummodo possibilibus abuti potest homo dicendum ideo erit res easdem impossibiles? Aut sic operari debet Deus ut in suis operibus de[illegible] [illegible] homines decipi non possint? Si haec valeret argumentandi ratio [illegible] [illegible] [illegible] velut duae regulae haberemur ad [illegible] [illegible] omnipotentiam et sapientiam [illegible]

Quod autem secundo [illegible] nimis probat Turbaret enim Deum ab hominibus perturbari toties quoties ipsi vel caederent, vel conterent plantas, quae Divinitus conservantur, ut augeantur, efflorescant, atque fructificent

Remanet igitur, ut dicamus absurdum minime esse dicere totidem machinas esse posse belluas.

Articulus VIII.

An sententia qua Bruta dicit animata sit probabilis?

(1) Postquam autem quæstionem de Brutorum anima examinavimus quoad [illegible] suam possibilitatem quoad suam nempe essentiam, nunc adhuc de brutis agentibus inquirimus e contra utrum Bruta ipsa sint animata, hoc est de existentia animæ Brutorum disputabimus. Hic igitur a nobis inquiritur an dentur momenta apta ad belluinam animam existentem demonstrandam.

(2) Cui quæstioni sic breviter respondemus: Bruta pro diversitate circumstantiarum sese gerunt; proindeque vi aliqua agendi cognoscitiva, quam in operando sequuntur, prædita esse debent. Bruta juxta ea quæ sunt experta pro diversitate nempe circumstantiarum præsentarum sese gerunt; proindeque vis aliqua agendi quæ eorum ipsis repræsentet præteritas impressiones earumque præsentibus circumstantiis connexionem videat, quaque pariter in operando regantur prædita esse debent. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] invicem [illegible] signis communicant Bruta. Vis itaque agendi qua sic reguntur Bruta ratiocinatione polleat oportet. Velis nolis Vis hæc admittitur [illegible] in plerisque belluis.

Huc autem cum pervenerimus [illegible] ratiocinari licebit. Nemo mentis [illegible] erit, qui non videat ad aliquid judicandum necessariam esse comparationem; ad comparationem [illegible] duo saltem invicem conferri debere: ad duo simul conferenda necesse esse unum subjectum, in quo simul conferantur, quodque subjectum eadem percipiat, æstimetque: proindeque subjectum hoc simplex esse debet, atque activum. Quod minime dici potest aut de corpore utpote composito, aut de corporis elemento utpote inerti. Vis igitur qua Bruta reguntur in operando; qua sentiunt, reminiscuntur atque ratiocinantur minime confundenda est vel cum eorundem corpore, vel cum elementis ipsorum corporum.

His igitur momentis innixi etiamsi [illegible] [illegible] superaddita non sit impossibilis dicimus tamen Bruta esse animata.

(0) Ad inquirunt: = Ha egli l'uomo un' idea dell' anima delle bestie? Sperimenta egli ciò che accade nelle bestie quando esse operano? (De Feller Cat. Fil. to. 1 lib. 2 cap. [illegible] n. 168.) = I ceci ed i fagiuoli si [illegible] in ogni [illegible] [illegible] i loro filamenti come altrettante mani per aggrapparsi: quando vi sono riusciti si alzano e si stringono fortemente al corpo che li sostentano = (id ib. n. 170.) E Dio tanto nelle

piante quanto ne' Bruti di tuttociò che in loro si ammira Egli può essere per se la causa immediata.

Verocirca conclusionem nostram qua probavimus Bruta esse animata dicunt primo obscuram; secundo nimis probantem; tertio minime necessariam. Illos autem sic respondemus. Concedimus in primis nihil nos in Brutis introspicere, aut experiri; attamen cum ab effectibus liceat causa concludi, conclusio nostra est firma, nec obscuritas illa, cujus insimulatur, aliquid illi obest. Tantummodo enim nobis quaestio erat de existentia non autem de essentia animae Brutinae. Neque ex eo quod in plantarum vegetatione aliquis ordo appareat, dici potest ex conclusione nostra sequi plantas etiam anima gaudere. Nam ubi de proprietatibus plantarum, diximus, nullam easdem differre a proprietatibus belluinis fuit nobis conjectum. De caetero si quis animus plantis concedere voluerit: concedat: quid ad nos? Quoad tertiam tandem objectionis partem nos ipsi excitamur Cartesii opinionem esse possibilem admonitum porro volumus hic de existentia rei inquiri; quod si animam in Brutis et non Deum ipsum esse diximus haec fuit causa: quod nempe in operationibus Brutorum nonnisi vim sentiendi, reminiscendi ac ratiocinandi finitam perspeximus; proindeque cum nulla nobis ratio suppeteret concludendi cum Cartesio quaevis momenta requirebant, ut Bruta diceremus animata. De caetero ex eo quod utique opinio Cartesii non sit impossibilis; dicitur ex nostra sententia Bruta esse animata est tantummodo probabile

Caput Secundum

Disputatio de Homine.

h. e.

Antropologia

Quaestio I.

Qua aliqua de hominum corpore, de eorumdem ab invicem differentiis, ac de ea qua prae aliis mundanis corporibus, praeeminentia gaudent, traduntur

Articulus I.

In quo praecipuae corporis humani partes, ac quae earumdem collocatio, atque functio...

1) Corporis humani partes visibiles sunt caput, pectus, brachia etc. ad quaestionem quinque sensus, inter quos aures, oculi etc. Partes corporis humani ...

non apparent, sed arte dignoscuntur sunt partes solidæ, fluxæ et vires, quæ ut cum Auctore nostro loquamur = Sono i materiali della fabbrica del corpo umano = (Carl'Ant. Pozzi. Lez. di Filosof.). Atque partes solidæ, juxta eundem Auctorem sunt quæ sequuntur = l'ossa, cartilagini, ligamenti, muscoli, membrane, nervi = (id. ib.).

Partes fluxæ juxta eundem sunt = Oltre al fluido nerveo, la linfa del sangue, il muco, e la gelatina delle glandule e membrane, il succo e la midolla delle ossa, il grasso della cellulare, e il vapore che traspira internamente da tutto il corpo ... la saliva, le lagrime, la bile, il succo pancreatico, i succhi gastrici, ed intestinali .... Il vapore che esce dalla cute esterna, e quando trascende si riduce in sudore, il corume delle orecchie, la cispa degli occhi, l'orina e le feccie = Vires autem sunt totidem qualitates ad partes solidas expectantes: quocirca sic idem Auctor tradit: = l'ossa si distinguono per la durezza, le cartilagini per la elasticità, i ligamenti per la flessibilità, i muscoli per la irritabilità, le membrane per la contrattilità e turgescenza, ed i nervi per la sensibilità, o meglio per la impressionabilità =.

3.) Hæ præcipuæ sunt partes quæ vel oculorum videntur vel arte dignoscuntur in quovis hominum corpore.

Omnium vero harum corporis humani partium quam mirifica est collocatio, nec hic nisi paucissima præ temporis angustia attingemus. Pectori inniterum eminet caput, cumque tum visionem tum auditum situs adjuvent excelsi, in ipso capite veluti in arce collocati sunt oculi, et aures (tumque nares eo quod omnis odor ad superius fertur, recte sursum sunt: et gustus in ea parte oris habitat per quam natura cibis patefecit iter. Veluti duo ministri pectori brachia adstant. Crura, pedesque præ utraque crurendice ac ossa alio flexibilia, alia sustinent membra et mirifice motui inserviunt.

Nec minus digna admiratione est interna collocatio. Ossa enim ut aliquid dicamus, quæ dura sunt ac fragilia, in medio habitant veluti ad sustinendum, aliisque partibus solidis circumvolvuntur, ne frede rumpantur. Sic nervi utpote omnis impressionis capaces, minimi ex iisdem [illegible] ... [illegible] ... majores ossibus teguntur; cerebrum in calvaria habitat. Cum cor in medio pectoris, a quo sanguis, a quo vita corporis. Partes jam fluxæ internæ appositis habitant in vasibus etc.

C.) Quæ autem aliarum partium sint functiones, nonnulla ad dignoscendum dicemus. Sensus ver. gr. visus, auditus etc. sunt veluti totidem fenestræ, per quas anima rerum externarum venit in cognitionem. Quocirca a Cicerone sensus dicuntur = Interpretes ac nuntii rerum = Brachia inserviunt laborando, deambulando pedes.

Partes vero quæ arte dignoscuntur his præcipue inserviunt. Sanguis ad enutritionem, ossa ad sustentationem: caro sive musculi ad motum: nervi vero ad impressiones ab ipsis in corporibus externis factas cerebro transferendas.

Articulus II

Quæ sunt præcipuæ homines inter et homines differentiæ?

A.) Multa multi hac de re scripserunt; nec immerito: tot enim, ac tantæ sunt hujusmodi differentiæ, ut vix aut ne vix quidem unus hucusque inventus sit alteri æqualis.

Nos vero cursim de hoc dicentes ad tria capita has reducimus differentias: ad illud nempe quod in hominibus apparet; ad illud quod ipsi facere possunt: atque ad illud, quod reapse faciunt.

Et primo quidem ratione figuræ ab invicem differunt homines ratione coloris, ratione vultus, ac ratione staturæ.

B.) Ratione autem Virium alii sunt infirmi, alii sunt fortes: alii ad motum veloces alii tardi, alii in loquendo diserti alii minus. Alii complexione vivaces, alii non. hac de re enim ab Auctore nostro ... distinguuntur Temperamento sanguigno, pituitoso, bilioso, malinconico = (Peyi ib. cap. 8. §. 58.). Plus minusque insuper homines possunt ratione characteris, qui multimode variat. Variat primo ratione ætatis; generice enim loquendo ætas infantilis credula est et inconstans; adulta, ardens et præceps; virilis, tranquilla et prudens; senilis tenax et suspiciosa. Variat secundo ratione gracilitatis aut pinguedinis ... quam induunt. Variat tertio ratione alimentorum, quibus vescuntur.

Variat quarto ratione societatis, quod adeo est verum ut idem Auctor asserere non dubitaverit: = Il Samojedo è stupido come la sua foca, il Lappone è timido come la sua Renna; l'alpino ruvido come il suo orso, e leggiero come il suo capriolo, l'Indo dolce come il suo elefante, e tranquillo come il suo bue, l'Arabo sobrio e viatore come il suo cammello, il Tartaro instancabile come il suo cavallo, il Nero sensuale come la sua

scimmia, e turbolento il Malese come la sua tigre. = (Pegi ib. §. 46). Variat tandem ratione regiminis civilis et religiosi

C.) Differunt denique inter se homines pro diversitate occupationum.

Quarum præcipuæ hæ sunt: Maxima v. gr. pars hominum terram quæ: ratur, hoc est, vel sunt venatores et piscatores, vel pastores et agricolæ. Alia pars hominum et quidem magna mille ac mille artibus elaborat ad proprios usus, et alienos quos alii e terra sibi comparaverunt fructus.

Alia pars autem minor hac est mercatorum, qui fructus vel rudes, et naturales, vel politos et artefactos, vel aliis fructibus et pecuniis comparant. Omnes tandem quos hic recensuimus et adhuc nobis recensendi, statutis locis ac diebus licet diversimmode Numen supremum colunt. Nec desunt otiosi, et inepti

Nec modica denique est illa pars hominum, quæ supradictos homines vel ad operandam terram, vel ad terræ fructus elaborandos, vel ad emen: dum et vendendum, vel ad Religionem inducunt, sive doctrina, sive disciplina.

Articulus III

Quem homines locum teneant in Mundo

1.) Sed majori admiratione digni sunt homines, ubi paulisper locus attenditur quem ipsi occupant in rerum natura.

Carent ipsi nascendo vestibus, quam facillime frigescunt, calefiuntve at tamen cum nec plantæ utrque terrarum vivere possint, aut bruta, na: turaliter indumentis … homines … totius terræ …

2.) Homines insuper innumeris plantis soliditate inferiores, innumeris: que brutis, tum musculis tum sensibus inferiores, utraque tamen exsuperant.

Opera enim humana fit, ut plantæ hac illac transferantur, mul: tiplicentur, vel ædantur. Nec pisces maris, nec pecora campi, nec volatilia cœli licet hominem velocitate evincant a dominio suo sese subtrahere valent.

Quinimmo vel ipsis belluis, a quibus leo vel ille … superatur … postquam mansuefecerint tantas acquirit vires, ut ipsis adjuvantibus … submittat

Qua de causa licet homo nudus edatur in lucem ac corpus habeat ad summum fragile, ac multis sub aspectibus corporibus belluinis inferius, attamen talem ipse locum in rerum natura tenet, ut Rex revera appa: reat in creaturis.

Quaestio II.

Quae facultates hominum inquirantur, et signatim illae, quibus a brutis distinguuntur.

Articulus I.

An homo facultates habeat ceteris creaturis communes?

1.) Quem autem hucusque descripsimus hominem, qualitates ipse habet aliis omnibus mundum hunc constituentibus communes.

Ad instar enim quorumcumque corporum homo corpus habet partibus constans et divisibile; mutationibus obnoxium et contingens; caelo, terrae, plantis, ac brutis connexum atque dependens.

3.) Ad instar plantarum insuper vitam vivit, quae saepenumero in quatuor dividitur aetates, infantilem nempe, adultam, virilem et senilem.

Et quemadmodum ipsa bruta pro diversitate circumstantiarum sese gerit, memoria donantur et sensatione.

4.) Hinc non sine causa dictum fuit ab antiquis, existentiam habere hominis ut lapides, vitam vivere ut plantae, atque sicut bruta sentire.

Quae dicendi ratio, quamvis omnia non complectatur, indicat tamen qualitates dari in hominibus aliis creaturis communes.

Articulus II.

Ad quae sive cognoscenda sive mutanda, sive memoranda perveniat homo?

[illegible].) Quamvis autem homo plures habeat qualitates aliis etiam creaturis communes, eas tamen prae illis excellentia illis quaerere ubi ea advertantur, quae tum cognoscere tum mutare ac memorare ipse valet.

Percipit in primis homo atque objecta talia, percipit ea quae sub sensibus cadunt: qualia sunt ver. gr. objecta colorata, odorata, sapida, sonora, atque resistentia. Verumtamen in hisce percipiendis bruta exsuperare adhuc non apparet.

Intelligit insuper homo, atque ut talia objecta percipit nullatenus sensibilia, qualia sunt ver. gr. omnia entia possibilia, spiritus omnes, rerumque causae efficientes et finales; atque rerum ipsarum relationes, et omnia vitia et virtutes. Quinimmo quando generatim in his percipiendis dicitur homo intelligens, cum ipse harum rerum similitudines facile percipiat, dicitur ingeniosus. Cum vero

causas inter, ac effectus connexionem intueatur, itaque adjudicat dicitur ratiocinari.

Appercipit tandem homo, ut cum Leibnitio loquamur, habet nempe intellectum seipsum intelligentem, quatenus et seipsum percipientem, atque ipsas perceptiones percipit. Atque hac de causa nedum directas, verum etiam reflexas homo dicitur habere cognitiones. Nec aliud est apperceptio Leibnitiana, quam sui ipsius conscientia apud Moralistas usitatissima, et Sensus Intimus, de quo omnes Eruditi loquuntur.

Neque unquam novimus Bruta sive intelligere, sive appercipere.

Nec minus hominum excellentia prae brutis quibuscumque apparet ubi ea tantisper attendamus quae homo ipse mutare valet.

Mutat in primis homo permulta sensibilia: ver. gr. aliqua de loco, in locum transfert; aliqua alia in multas dividit partes, ac fere innumeras novis ac novis prosequitur formis. Aliquid simile vel ipsa quidem bruta operantur sed quam longe distant!

Mutat deinde homo quae de perceptis a se corporibus sibi remanent phantasmata, sive imagines. Hinc enim ortum habet Poesis, Sculptura, et Pictura. Hinc inquam propemodum figmenta originem habuere, hinc multiplex illa ars fingendi; quae homines ad belluarum distinctionem phantasticos constituit.

Mutat tandem homo seipsum alia mutantem. Nunc enim per attentionem vires suas sive cognoscendi, sive mutandi colligit ac veluti auget: nunc vero vires easdem per distractionem dispergit, dividit, ac veluti minuit.

Atque major tamen ipsa hominis excellentia apparet ubi ea recenseamus, quae prae brutis memorare valet.

Memorat ipse homo in primis permulta, quae sensibus suis fuit expertus, ac magis quam bruta idearum associatione gaudet. Quodque hac de re iterum a brutis hominem ipsum discernit, hoc est quod nonnulla memorat homo, quorum signa ita est oblitus, ut eas alio pacto percipere non valeat.

Memorat secundo tum suas, tum alienas imaginationes atque tum suas intuitiones et apperceptiones, cum alienas. Quodque mirum est, eodem tempore memor est tum propositionum tum qualitatum, quae sibi invicem adversantur.

Memorat tandem seipsum memorantem.

Articulus III.

Quae et quot sint hominis facultates?

A.) Aliter atque aliter hac de re opinati sunt Philosophi

Ex. gr. ut refert Bouillier = Bacone di Verulamio ammetteva otto facoltà; Descartes quattro; Malebranche due; Hobbes, sette; Loke, due; Bonnet, sette; il De Brosses, tre; Diderot, una; Destutt-Tracy, quattro; e dieci Laromiguiere.

B.) Nos autem post D. Augustinum tres esse dicimus hominis facultates

Quarum prima intelligibilia intelligit, eamque dicimus intellectum; quarum secunda mutabilia mutat, eamque dicimus voluntatem; quarum tertia permultas mutationes ac cognitiones conservat, sibi interdum reproducit, easque recognoscit, sive reminiscitur, eamque dicimus memoriam.

Quatenus autem voluntate est praeditus homo eatenus sese determinat ad has vel illas mutationes producendas, ac proinde dicitur habere dominium suorum actuum. Quod dominium tale est ut ipse homo ex pluribus possibilibus sibi cognitis illud vel eligit vel eligere potest, quod optimum judicat. Vi illius fit, ut positis omnibus ad agendum praerequisitis possumus agere et non agere. Quod autem ad Brutorum differentiam simus liberi, sive voluntate donati, hoc patet ex sensu intimo: quacirca quidam perillustris Auctor dicebat = La libertà interna è un fatto reale, che non si dimostra, ma si vede = (Degerando to. 1. pag. 67.). Testantur etiam praemia et supplicia, quibus utique actiones hominum afficiuntur, testantur laudes et vituperia, quae omnia homines esse liberos supponunt.

C.) Nec plus porro nec minus quam praedictae tres facultates nobis arridet, ex eo quod omnes hominis operationes per easdem facultates in exercitio positas explicantur, quarum alterutram demas, ex nostra sententia possibilitas illico tibi deerit has vel illas hominis explicare operationes. Praeterquamquod hoc solum sufficeret ad nos ipsos in hac sententia firmandos quod nempe tria sunt prorsus distincta, cognoscere velle et recordari.

Quaestio III

Qua inquiritur de Principio Activo sive de hominis Anima.

Articulus I

In quas praecipue sententias hac de re abierint Philosophi.

A.) In decernendo quid sit quod in homine cogitat, vult ac memorat, in tres abiere sententias Philosophi ex quibus duae sunt positivae, una vero dubitativa

Altera ex positivis fert animam hominis esse substantiam a corpore prorsus distinctam, immaterialem nempe, ac quidem spiritualem. Altera vero sententia positiva asserit, hominis animam idem esse ac corpus, unamque cum ipso esse substantiam, materialem nempe ac quidem corpoream. Sententia dubitativa e contra, nec unum nec aliud asserere audet, utrumque enim possibile ac aeque probabilem esse sustinens.

Primae sententiae fautores dicuntur Spiritualistae; secundae Materialistae; tertiae vero Pyrronistae.

2.) ... Nec dici potest quantum allaboraverint utriusque sententiae positivae assertores. Haec enim quaestio viam veluti sternit ad alias quaestiones, quae maximi sunt negotii, quoad vitam hominis praesentem ac futuram. Si enim materialis est anima, erit ne impossibile eandem cum corpore pereunte mori? Materialis ubi ipsa esset, aequi sub legibus motus ejusdem defenderet libertatem? Haec ipsa est causa cur omnes libertini tranquillitatis osores temporumque nostrorum sanguinarii hujus sententiae sint amatores ac defensores acerrimi. In iisdem proinde redarguendis minime meritum fuisse concivem nostrum (Alex. Stagni. Prove Filosofic-Polit. Vol. 1. cap. 1. pag. 20) is solus affirmabit qui in rebus metaphysicis est prorsus jejunus = Filosofia che regnava da despota nel secolo XVIII, in quel secolo fatale chiamato dal Sr. De Maistre. Una delle più vergognose epoche dell'umano spirito = (Veri Principii: cap. XII.).

3.) Multum rumorem etiam movit multosque semidoctos conturbavit tertia quam recensuimus sententia

= Un Inglese per nome Locke ed un Francese per nome Voltaire, si sono affaticati in dar credito a questa idea: ma presso i Saggi essa non ha fatto fortuna. Locke in tal occasione è stato esaltato dai Materialisti per un ingegno profondo.... Attamen, ut cum eodem prosequamur Auctore = Conviene render giustizia a Locke: ad onta dei dubbi che ha procurato di eccitare su questo punto, egli ha reso omaggio alla verità, e dimostra egli stesso l'incompatibilità della materia e del pensiere.... Voltaire pure in un dialogo fra Lucrezio e Posidonio ritorna come Locke al sentimento comune, col quale egli si riconcilia a un dipresso sì frequentemente come si disgusta = De Feller Cat. Filos. tom. 1 [illegible] ...

Articulus II.

An Cognoscere, Velle et Memorare sint Corporis humani actus?

D1 Operationes hominis Cognoscere nempe, Velle ac Memorare non sunt corporis humani actus sive modificationes.

Cognoscere in primis, Velle ac Memorare, minime dependet a corporis humani structura sive configuratione: atque hæc quæ sequuntur perspicua sunt momenta.

Imperciocchè se dall' organismo del corpo, ossia dalla configurazione, e disposizione delle sue parti quelle operazioni dell' uomo dipendessero, gli uomini meglio conformati sarebbero sempre i pensatori più profondi, più intraprendenti e generosi; e di una retentiva la più pronta e fedele: e così per contrario certuni di corporatura meschina, sghindesca, e granfatto infermiccia dovrebbero pure essere i più meschini in punto di pensare, volere, e ricordarsi. Ma questa teoria è da continui fatti smentita vedendosi di spesso persone della più felice organizzazione stupide e goffe e per contrario certi rachitici, e sfigurati andare da' più bei talenti forniti.

Che se all' organismo attribuir si volesse il pensiero che se l' intelligenza niente più fosse, come avanza il Francese LaMarck = Ciò modificazione della materia organizzata = (Dizionar. Compend. ec. Art. Facoltà Intellett.): vorrem noi sapere come poi avvenga che la Simia di una configurazione tanto alla nostra analoga così poco assomigli nelle sue operazioni l' uomo quando l' Elefante il quale dall' umana configurazione tanto distante è ciò nulla meno l' animale, il quale nelle sue operazioni è quello, che più avvicina l' uomo di confronto a tutte le altre bestie?

D2 Dicimus secundo operationes hominis Cognoscere, Velle ac Memorare nec musculorum esse modificationes nec nervorum ipsorum
atque hujus secundæ propositionis nostræ momenta sunt quæ sequuntur.

Imperciocchè se il pensiero per sè niente più fosse, che una modificazione di una forza muscolare, in tale caso i paralitici, che incapaci sono di movimento quando sieno da una paralisi generale attaccati questi non potrebbero nè poco, nè molto pensare, volere, e rammentarsi. Di più in tale ipotesi gli uomini i più robusti sarebbero sempre i più felici pensatori, quando gli uomini di corpo vile ed i vecchi sarebbero invece una massa di cartilagine quasi imbutita.

Nè meno va contro l' esperienza l' opinion di coloro che attribuiscono le operazioni intellettuali e deliberate dell' uomo alla massa de' suoi nervi: Diffatti

trovansi uomini di testa assai voluminosa e d'ingegno meschino, ed altri di testa piccola e di forte ingegno; di cervello intiero e sano, ed in pari tempo idioti, e poverissimi di spirito; là dove altri quantunque con lesione di cervello ed anche con perdita considerabile, i quali mostravano tuttavia un ingegno acuto e pronto. Oltre di che chi più sensibili ed in pari tempo meno riflessivi dei giovani? E non si sa pure che le donne tanto deboli in forza di pensare prese in generale, di confronto al sesso virile, sorpassano esse tuttavia di gran lunga in conto di nervi il sesso virile?

(2) Tandem nec iis moneri dici possunt totidem esse affectus quas supra recensuimus hominis operationes. Atque hujus tertiæ nostræ propositionis sequentes damus rationes.

Imperciocchè la materia non si modifica che per trasposizione, che trasportandosi da un sito in un altro; che per una operazione non essenziale, la quale sempre non dura, per una operazione non essenziale, in conseguenza per virtù altrui; e non viene essa un nuovo sito ad acquistare se non perdendosi l'antecedente. Per contrario l'uomo si modifica pensando ver. gr. da Costantinopoli a Roma, senza colà trasportarsi: e su diversi oggetti vi pensa per virtù propria, la ragione così a dire interamente. nè pensando ver. gr. a una Città poi ad un'altra, poi ad un'altra, va egli a perdere il pensiero della prima Città pensata al pensare che fa alla susseguente.

Id ergo homo cogitat, vult, ac memorat quod in dubium minime revocari potest certum quoque est illa in memorato homines operationes nullatenus esse sui corporis actus sive modificationes.

Articulus III.

An illud quod in homine cogitat vult ac memorat dici debeat incorporeum prorsus ac immateriale?

(1) Ac postquam vel ipsa experientia cujus homines necnonquam esse illud principium quod in ipso cogitat, vult ac memorat nobis est manifestum: hic [illegible] nobis demonstrandum venit nec quidem posse quo fiat ut animæ humanæ simplicitas tum ex facto tum ex jure nobis innotescat.

Dicimus igitur in primis hominis principium sive substantiam prorsus immaterialem esse posse in homine quæ cogitat.

Et revera cognoscit homo entia composita partibus res diversas ad invicem confert ac judicat quæ ratiocinantium novit. Porro ut plures corporum partes cognoscat illud quod in homine cogitat singulis iisdem partibus præsens

sit oportet: quod pariter est dicendum relate ad ea, quæ invicem confert, et judicat. Neque se sciret homo esse ratiocinantem nisi eodem tempore tum præmissis, tum conclusioni esset ipse præsens. Quod minime possibile est unicuique corpori. Corpora enim non coexistunt, nisi, ut ajebat Aquinas, nisi per commensurationem quantitatis, unde corpus toto continet totum; parte partem, majorem parte, majore; minorem, minore = (S. Tho. lib. II. Cont. Gent. cap. 50 n. 1).

= Altramente, saperius Auctor scribit, altramente come si farebbe l'unione di questi pensieri senza un punto di unione? Ove s'incontrerebbero i diversi raggi del sapere senza il centro che li riunisca? (Elem. di Log. e Metaf. del Baordedechi vol. 4).

= Se una sostanza che pensa, dice Bayle, non fosse una che come un globo è uno (per composizione cioè, e non essenzialmente) essa non vedrebbe mai un albero intero, nè mai sentirebbe il dolore eccitato da un colpo di bastone =.

B.) Dicimus secundo nonnisi substantiam immaterialem ac prorsus simplicem esse posse in homine quæ immutat, atque vult. Et quidem vero cum juxta eumdem Aquinatem = Nihil agit nisi secundum suam formam = (ibid. cap. 50: n. 6.) nisi secundum suam naturam et proinde effectus contrarii contrarias habeant necesse est causas, ecquis non videt humanæ voluntatis actus, atque deliberationes a causa sive principio fluere simplici prorsus, et immateriali? Cum enim corpora nonnisi per partes agant ac velut circumscriptive: homo e contra per attentionem suas colligit vires, easque in unum veluti centrum dirigit: cum corpora per motum vires deperdant ad corruptionem usque homo e contra quo plus aliquid vult atque diligit, eo magis aptior evadit ad idem volendum: cumque corpora numquam in actus suos agant; homo e contra in ipsas suas actiones agit, ac supra seipsum reflectitur.

Cum igitur nisi secundum suam formam entia quæcumque agant, ex eo quod homo res immutat atque vult contra ac corpora agunt idcirco principio polleat oportet prorsus immateriali.

C.) Dicimus tandem nonnisi substantiam immaterialem sive simplicem illam hominis partem, qua ipse memorat. Nam cum = Impossibile est duo corpora seinvicem continere, cum continens excedat contentum = (S. Aquin. lib. II. cont. Gent. cap. 49. n. 6.); homo qui intelligit se memorantem, et vult memorare, memoria ipsa recordatur se intelligentem esse ac volentem. Insuper cum corpora nonnisi individuata et particularia atque ad summum diversa continere valeant, homo e contra memorat abstracta, universalia atque sibi invicem contraria

Cum igitur homo sive cognoscendo, sive volendo, sive memorando id efficiat actus qui nullatenus consistere possunt cum iis qualitatibus, quibus corpora donata esse cognovimus, concludendum est illud quo ipse homo utique cognoscit, vult, ac memorat esse prorsus immateriale ac incorporeum.

Articulus IV.

Haec doctrina nonne limites Divinae Omnipotentiae adscribere videtur?

Nulla più che negandole la facoltà di far sì che due e due non sian quattro. Mettere nella onnipotenza di Dio delle contraddizioni, delle idee che si distruggono le une l'altre, questo è un insultare la sua suprema Maestà, e stendere delle nuvole sul pretesto della sua Onnipotenza = (De Feller Cat. Fil. lib. II. cap. 1. n. 159.).

Articulus V.

Principium hominis activum cum corpore mutatur, annon melius corporeum diceretur?

1.) Si easdem omnino mutationes subiret quas patitur corpus, atque per qualitates corporibus communes operationes suas explicari possent, nos ipsi ita loqueremur, manusque amicas porrigeremus Adversariis nostris cum Lucretio sic nobis objicientibus.

[illegible] Platone [illegible] fa consistere la felicità nel contemplare la verità, ossia l'idea di Dio. = Non sicut corpore vel se ipso fruitur animus aut sicut amico amicus, sed sicut [illegible] = (De Civ. Dei lib. VIII c. 8) opinione questa verissima ma pure insufficiente [illegible] che tra [illegible] e Dio sussistente vi ha un intervallo infinito, e [illegible] Dio [illegible] intervenire.

C) [illegible] fin da' tempi antichi in tanti partiti si divisero i filosofi, che S. Agostino ebbe a trovare sulla scorta del famoso Varrone che a ducento ottantotto [illegible] arrivarono le sentenze dei filosofi intorno alla beatitudine (Lib. XIX De Civ. Dei.)

Onde l'Aquinate compassionando la perdita di tante fatiche scriveva: = Magnam [illegible] patiebantur angustiam eorum praeclara ingenia

Articulus II

Utrum hominis felicitas consistere potest in rebus creatis.

[illegible] Hominis felicitas consistere non potest in rebus creatis, et quidem duplici ratione

[illegible] [illegible] in primis consistere ex eo quod complexio omnium creaturarum nihil amplius est quam cumulus rerum finitarum: nec quaevis res finita potest eodem tempore [illegible] animae ipsa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Insuper res quaevis finita utpote contingens nec unum ex possessoribus suis certiorem facere potest de sui retentione.

[illegible] eadem dicendum est de rebus creatis quibuscumque possibilibus

C) Praeterea cum homines in idem tendant atque in eorum possidendum inhient nulla res finita et contingens felicem reddere potest possessorem suum: proindeque hominis felicitas in rebus creatis consistere non potest.

Articulus III

[illegible] in solo Deo [illegible] homo [illegible]

[illegible] Sed e contra in solo Deo fieri potest ut hominis felicitas consistat

[illegible] Ipse enim tantummodo est bonum undequaque infinitum, qui quoscumque [illegible] [illegible]

Infinita [illegible] [illegible] a nobis sed omnipotentia sua omnem potest [illegible] [illegible].

C) David igitur veritatem vel ipsi rationi perspicuam tradebat in illis verbis: = Quid enim mihi est in Coelo, et a te quid volui super terram. [illegible] mea Deus in aeternum (Psal. 72.)

Caput III.

De actione finium.

Quaestio

In qua inquiritur de finium actione in suas potentias

Articulus I

Fines particulares agunt et aguntur

1 Fines particulares dicimus agere et agi

b) ... enim ... quatenus ... fines, particulares subditam sibi potentiam ... atque ad agendum disponit: quo in sensu est quidem finis agens.

Cum autem quaeque finis particularis non propter se, sed propter aliud agendus consequens est, ut ipse finis aliunde moveatur

c) Quod exemplo alicujus speculi illustrari potest: hujusmodi enim instrumentum illuminans et illuminatur ... autem illuminat quatenus illuminatur

Sunt igitur fines particulares moventes moti, agunt nempe et aguntur.

Articulus II.

Finis universalis vero agit, et non agitur

4 Si vero sermo fit de fine Universali, de fine creationis, de ipso Deo, ipse agit quidem nullimode autem agitur

a.) Ipse enim utpote primum agens et ex vi intrinseca omnia operans, ceteros fines alii vim motricem exercent in subditas sibi potentias quatenus ab ipso habent ut moveant, quatenus virtutem suam ex ipso mutuantur

Propterea cum sit ipse primum agens alios quoscumque fines movet, ipse vero a nemine movetur. Unde D. Aquinas de Deo prima Causa finali praedicabat: = ipsum esse ... non ...

c) Quod exemplo motus cordis qui est primus vitae motus et causa a qua pro... ... motus ... potest ... Apostolus merito superbum redarguit dicens: = Quid habes quod non accepisti =! Finis igitur universalis agit et non agitur.

Articulus III

In hominis felicitate Deus est primus et ultimus.

4) Est ... quatenus prima Causa finalis, quatenus finis creationis, quatenus finis directivus in quo solummodo fieri potest homo felix

v.) Et eodem tempore est finis ultimus quatenus ut Aquinas tradebat — . . . titudo est finis, quo anima in Deo quiescit non in ipsa quiescit, quia non in ipsa Beatitudine sed per ipsam in eo quiescimus = (Cursus. vi. cap. ''

C Amandus igitur est Deus ex tota anima ex toto cord: et ex tota mente.

Nam cum Augustino dicamus: = fecisti nos Domine ad te : et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te = .

Nomologiæ Epitome.

Præfatio.

Articulus I.
Quid Nomologia.

A.) Nomologia idem est ac sermo, sive disputatio de Legibus, quę sive creaturas irrationales, sive homines, sive Deum ipsum respiciunt.

B.) Communiter autem hęc quę tertia est Philosophię pars Ethica dicitur, quatenus indolem ingenium morumque proprietatem significat.

Hinc passim Disciplina morum, Philosophia moralis, et practica dicitur etiam.

C.) Priam quidem definitionem utpote partialem immutare voluimus nomen huic scientię magis extensum, potius concedendo

Articulus II
Quę Nomologię Pręstantia.

A.) (1) Tam maxime autem hanc tertiam Philosophię partem pręstare arbitramur quoniam regulas sive modos ipsa vel indicat, vel invenit, vel etiam confirmat quibus suum entia consequi habent finem.

B.) Nam res quęvis, sive ens quodcumque eatenus operatur, quatenus aliquid est sibi obtinendum. Eo quo fit ut per hujus tertię Philosophię partis studium, quę de finium adeptione agit Ontologia, et Teleologia, quę sunt duę alię Philosophię partes veluti conjunguntur; ita ut Nomologia aliarum partium merito dici possit complementum

Atque ex hoc sine dubio factum fuit ut interdum ab Eruditis hęc Philosophię pars venit dicta Philosophia simpliciter, et sine addito

C.) Hinc Pythagoras sic fassus est ad rem nostram: = Vana est illius Philosophi oratio, quę nullam in homine passionem curat. Quemadmodum enim nullus medicinę est usus nisi morbos e corporibus exterminet, ita neque Philosophię nisi animi vitia expellat =. Cicero autem: = Omnis summa Philosophię inquiebat, ad beate vivendum refertur = (De finib. lib. II cap. 135.)

Proindeque sic idem concludebat: = Nihil est tam ad jus conditionemque naturę quam lex: sine qua nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis nec ipse Mundus potest = (Tullius.)

Articulus III
In Nomologiae Partes.

(A.) Hanc autem disciplinam in tres dividimus partes sive capita

(B.) Discutiendum primo namque aggredimur, atque probandum, quod inter Entia de quibus dictum est a nobis in Cosmologia, Antropologia et Theologia, eorumque fines, quos in Teleologia indicavimus datur ordo.

Demonstrabimus secundo per analysim cujusmodi sit hic idem ordo

Deducemus tertio, quomodo juxta eundem ordinem Entia quaecumque suum assequantur finem

(C.) Primum igitur Nomologiae caput erit de Existentia Legum; secundum de Natura sive essentia Legum ipsarum, tertium vero de earumdem Legum Complemento.

Caput I.
Quod Res inter et fines datur Ordo
h. e.
De Existentia Legum.

Quaestio I
Qua inquiritur utrum inter creaturas irrationales, earumque fines dentur leges

Articulus I.

Praecipuae indicantur leges corporum

Articulus II

Praecipuae indicantur leges plantarum.

Articulus III.

Praecipuae indicantur Brutorum leges.

Quaestio IIa
Qua inquiritur utrum inter creaturas rationales earumque fines dentur Leges

Articulus I

Vita hominis Physica Legibus subest.

Articulus II

Vita hominis Moralis est subjecta Legibus.

Articulus III

Vita hominis Intellectualis Legibus subjicitur

Quæstio III.ª

Qua inquiritur utrum inter supradictas leges aliquis detur ordo connectionis, sive dependentiæ.

Artic. I

Inter leges creaturarum irrationalium, atque rationalium quædam apparet dependentia.

Artic. II.

Inter hominum vitam Deique attributa quædam apparet relatio.

Artic. III

Leges physicæ ac spirituales Divinam supponunt Unitatem.

Caput II.um

Quid sit Ordo res inter et fines existens,

h. e.

De Natura sive Essentia æquum

Quæstio I.

Qua gradus sive conditio inquiritur legum triplicem hominum vitam respicientium

Art. I.

An Terræ, Plantæ et Bruta legibus directa sponte homini inserviant.

—

A.) Compertum est nobis; ut homines subsistant, complura requiri

aliquo enim habitaculo, aliquibus vestibus aliquibusque cibis ipse homo indiget: quæ nisi simul concurrant, vitam non est vivere.

B.) Hæc attamen in rerum natura præsto non sunt humanis necessitatibus: non sunt hæc munera spontanea

sive habitaculum construere sive indumenta conserere, sive cibos sibi comparare opus est illi in sudore vultus.

C.) Et tanta rerum necessitate, quod magis adhuc animadvertendum venit illud est quod complures ex hominibus sive parum, sive nihil valent ad sibi comparandum ea, quibus opus est ad subsistentiam

Hujusmodi enim sunt infantes, pueri, infirmi ac senio confecti.

Articulus II.

An Bona quibus gaudendum præsto sint homini.

A.) Compertum est nobis secundo vitam vivere felicem aliam esse hominis necessitatem.

Quæ in hac rerum natura obtineri non potest, nisi per fugam malorum, per adeptionem et possessionem aliquarum creaturarum, ac per desiderium Summi Boni. Vita hominis beata quæ aliquo modo hic duci potest ab hujusmodi omnino dependet.

B.) Atque eo scias hæc vel in promptu, vel homini facilia dici possunt.

Nam cum nascitur homo, nec cognoscit, nec cognoscere valet: atque postquam etiam creverit, diesque sive juveniles, sive viriles pertigerint, tenebris obvolvuntur, quæ tantummodo illi nocere possunt, et sub specie boni illum decipere non desistunt. Quum ex adverso illa quæ adipisci bonum est vel latent, vel in aliorum dominio sunt. Deus ipse, qui tantummodo summopere est diligendus, sub sensibus minime cadit.

C.) Quapropter etiamsi natura sua quisque hominum ad gaudendum feratur at tamen quæ illi idcirco sunt necessaria, vel prorsus ignota, vel sub fallaci specie se præbent conspicienda.

Quinimmo lumen ibi relictus propriis tenebris circumdaretur necesse esset, bonum enim summum nonnisi ministerio verbi cognosci potest; atque mala ex bona creata non nisi post longam experientiam et nimium sero cognosci possent.

Articulus III.

An media quibus homo illuminari potest præsto sint illi.

A.) Denique quemadmodum ad gaudendum et vivendum plura sunt necessaria, ad cognoscendum pariter aliqua dentur oportet.

Vel enim aliorum exemplo, vel aliorum doctrina, vel proprii sensus externi, et interni experientia cognoscimus quæcumque cognoscimus iis tantummodo detractis quæ natura duce vel Deo inspirante cognosci possunt.

B.) Et quæ et qualis non est in hac etiam parte miseranda rerum conditio!

Si qua enim opportuno offeruntur exempla, atque hic et illic plus minusve utiles nonnullæ hominum actiones in conspectum veniunt; attamen majora sine comparatione sunt, quæ ubique mala conspiciuntur exempla; ac multo plures sunt quæ veluti invitis in oculos malæ irruunt actiones!

Doctrina ipsa quot circumlocutionibus et ambiguitatibus quoque non scatet omnibus? Cujus rei veritas illico apparet, ubi tantisper sine studio partium alios atque alios qui eadem de re sive verbis, sive scriptis pertractant, audire atque consulere volumus.

Quod autem ad experientiam attinet, ut innotescat nobis quot modis homines in cognoscendo ex seipsis fallantur, satis superque illusiones ac errores, quos ipse numero irrepere ac dominari solent in argumentando, faciunt.

(C) Quod tamen magis adhuc in tantis ~~hominum~~ periculis advertendum, nobisque deplorandum venit hoc est, quod homines sint universi infirmi.

Ab ipsa enim nativitate procliviores sumus ad malum: mala exempla, fallaces doctrinę atque argumenta magis arrident, atque alliciunt, quam ipsi contraria.

Conclusio

Infelix igitur est conditio Legum quę triplicem hominis vitam respiciunt.

Appendix.

Corollarium primum

Ut igitur homines vitam vivere possint, indigent, qui sustententur.

Corollarium secundum.

Igitur ut homines gaudeant, indigent, qui edoceantur.

Corollarium tertium

Igitur ut homines adjuvari, et edoceri possint, indigent qui adigantur.

Auxilium, Instructio et Coactio tres sunt hominis necessitates.

Quaestio II.

Qua ordo inquiritur, secundum quem predictę leges triplicem hominis vitam respicientes suam exerant vim.

Articulus I

Quo ordine res extrinsecę in vitam hominis agant, sive influant.

(A.) Quod apprime in bonum aut malum vitę physicę hominis agit est origo

Conditio enim physica atque moralis parentum est veluti causa materialis unde novum hominis corpus desumitur: et quotidiana constat experientia filios assimilari parentibus sive ratione roboris, sive longęvitatis, sive complexionis. Quam veritatem hic versibus expressit Horatius ipse

Nec imbellem feroces
Progenerant aquilę columbam. Od. IV. lib. IV

Quae secundo loco in bonum vel malum humani corporis agit ipsa est plaga = Scorrendo la storia umana, ideo tradebat superrimus Scriptor noster, non potete dubitare che i popoli delle regioni temperate non sieno sempre i più propensi a perfezionarsi, e quelli presso cui le arti, e le scienze fecero i progressi

più rapidi; del che non è l'ultimo motivo l'eccellente condizione de' loro nervi troppo resistenti nei climi gelati, troppo mobili nei climi focosi; per cui ne nasce che gli estremi si toccheno, e tanto il freddo quanto il caldo se sono eccessivi dicono genti imbecilli ed infingarde = (Carl' Ant.° Pepi reg. di Filos. lav. Intell. cap. 8 § 58)

Anglus vero perillustris dicere audet: = In generale allorchè la temperatura discende al punto della congelazione, l'animazione rimane o totalmente distrutta, o sospesa; e al di sotto di questa temperatura la circolazione cessa, ed i fluidi si congelano. La vita viene del pari distrutta da una temperatura che si approssimi al termine dell'ebollizione; la tendenza dei fluidi a dissiparsi in vapori si fa allora troppo grande, perchè la forza vitale abbia poter di frenarla = (Gio. Fleming. Filos. Zolog. v. 1. cap. 2 pag. 98.).

Nec quemquam latet, quam hujusmodi connexa sint cum plaga

C)| Quod tandem tertio loco in bonum vel malum vitæ hominis physicæ agit sunt alimenta: juxta quorum diversitatem diversimode instauratur quod per sanguinis circumlationem deperditur atque alio ac alio modo idem corpus augetur. Una de re iterum dicentem audiamus auctorem nostrum: = I popoli carnivori riuscirono sempre più fieri ed intraprendenti di quelli che furono erbivori: e le nazioni impinguate dai prodotti d'un terreno ubertoso sono più pesanti e son nauseose di quelle cui si prevalgono delle produzioni d'un suolo asciutto, o di abbondante pesce marino = (Carl' Ant. Pepi ib. § 57. pag. 101.)

Atque ex historia constat diu vivere pro chronicas quotquot sunt parsimoniæ instincti: consummando enim consumitur

Articulus II

Quo ordine edoceatur homo ad recte vivendum.

A.) Ordo juxta quem homo in cognitionem venit eorum quæ sibi utilia sunt hic est. Imprimis exempli, dein fide, tandem ratiocinio ipse illuminatur

B.) Quinimo in hoc ipso ordine advertamus oportet maxime opere homines esse imitatores, multum fideles, parumper autem ratiocinari.

C.) Sequitur igitur in homine illuminando maximam partem habere exempla, multam partem habere auctoritatem, minimam vero scientiam.

Articulus III.

Quo ordine ad agendum infirmus adigatur homo.

A.)| Homo vero cum magis ad malum quam ad bonum sit proclivis, ut rectam teneat tramitem sequenti evenit modo

Ad bonum ipse nempe flectitur amore vitæ, gaudii et veritatis.

5) Est diversimmode hisce afficitur momentis: illum enim summopere afficit vivendi desiderium, multum gaudendi, parum sciendi. Non raro quidem fit ut amore gaudii vel veritatis defendendæ aliqui vitam dependant: advertendum tandem est vel hoc fieri in obsequium Divinitatis, vel propter passionum tumultum. Si primum, amor est vitæ æternæ; si secundum, non homo, sed passio est quæ operatur.

6) ... Primas igitur partes in coactione habet amor vitæ, secundas habet amor gaudii, postremas veritatis amor.

Conclusio.

Natura igitur legum perspecta, evidens est 1º auxilium, quo hominibus opus est incipere a parentibus, confirmari ac veluti prosequi plaga, atque alimentis complere; evidens est 2º instructionem qua hominibus opus est incipere ab exemplis, prosequi verbis, ac perfici scientia; evidens 3º est coactionem qua hominibus est opus incipere ab amore vitæ, prosequi desiderio gaudendi, ac compleri studio sciendi.

Appendix

Corollarium Primum

Opulentior igitur præ aliis illa est hominum societas, in qua parentes maiores, plaga purior, ac epulæ moderatiores habentur.

Corollarium secundum.

Doctior igitur præ aliis illa est hominum societas, in qua justitia in factis, ingenuitas in verbis, et claritas eminet in ratiociniis.

Corollarium tertium.

Fortior præ aliis est illa hominum societas, in qua coactio habetur promptior adversus triplicem hominis vitam, physicam nempe, moralem, et intellectualem.

Quæstio III.

Qui ordo requiritur sive praxis, juxta quam progrediuntur homines.

Articulus I.

Proficiunt, sive progrediuntur homines agendo.

1) Examinavimus hucusque quis sit ordo legum triplicem hominis vitam respicientium; modo autem examinabimus ordinem sive praxim juxta quam commodum eodem in homine ex ipsis redundat legibus.

Dicimus igitur hoc notum in primis; eatenus homines proficere sive pro:

gredi, quatenus ipsi agunt. Cum enim homines sint creati ad certum finem obtinendum, variisque potentiis ad hoc faciendum sint ipsi donati, consequens est agendo quamcumque perfici potentiam.

B.) . Quod autem de facto proficiant homines procedantur in agendo, quotidiana monstrat experientia.

Operando enim fit ut Parentes habeantur ditiores. Nam cum otio et desidia capti homines sint languidi; robusti sunt e contra laboriosi et solliciti. Atque robusti pro languidis sibi habitationem comparant et vestes terramque operantes gregesque animalium pascentes sibi abundant. Hinc sapientissimus Regum ajebat = Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium divitias parat = (Prov. X. 4.).

Operibus pariter evenit, sive actibus, ut memoria augeatur, acuatur ingenium, ac compluribus illustrentur mentes veritatibus. Hinc proverbium est sapientiores plus aliis esse meditatores; hinc studiosiorum hominum proculest elucubrare, et omnibus est nota avis sapientium emblema.

Quod magis ac magis apparet, ubi natura habitus perpendatur, quem homines ex multiplicatis actibus sibi comparant. Ex habitu enim fit ut quae prius aspera et difficilia admodum erant sensim sine sensu levia evadunt atque jucunda. Quinimmo ut verbis loquamur D. Thomae := Ex hoc quod aliquid inclinatur ad unum contrariorum diminuitur inclinatio eius ad aliud = (1. 2. 85. art. 1). Atque eousque hic habitus natura crescit dominaturque in homine, ut quae prius nonnisi post deliberationem fiebant post non longum tempus sponte ac veluti necessario fiunt. Hinc Salomon tradidit quoque := Proverbium est: adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea = (Prov. 22. 6). De quo nuperrimus scriptor sic concinne fatus est. = Per la forza dell'abitudine il Negro sfida gli ardori del tropico, ed il Lappone i ghiacci dell'Orsa; per la sua forza il Cenobita sopporta le macerazioni, e il contadino le fatiche, e si rende il soldato insensibile allo strepito, ed alle minaccie di morte: essa fa per lo Ricco un bisogno del lusso, una necessità della mollezza: essa rende aspro al sibarita il tocco delle sue lenzuola, e per fino quello delle foglie di rosa..... L'abitudine ci signoreggia talmente che essa ci governa per fino quando, sembra che appena noi esistiamo: essa veglia quando l'anima è assopita, essa agisce mediante i sogni nel momento stesso, in cui il nostro corpo è abbandonato nel più profondo riposo..... Un Oratore anche in sogno apostrofa il suo uditorio; un Magistrato si addormenta in seggio all'udienza: in sogno un'uomo in carica compromendo la sua alterigia stende la mano per prendere memoriali; un attore in sogno si figura alla scena: il Poeta va in cerca della rima, il cacciatore insegue la preda, e l'avaro vede del danajo = (Il Conte di Segur Galler. Polit. Mor. tom. 1. dell'Abitudine.)

(2.) Patet itaque agendo se homines proficere, ut ideas parentes evadant saniores, habitudines aptiores, easdemque copiosiores; atque agendo educantur homines, ac nulla fere indigeant coactione.

Jure ac merito proinde Salomon ajebat: = Sicut acetum dentibus, et fumus oculis, sic piger = (Prov. X. 26.): atque jure ac merito Socrates frequenter illud Hesiodi discipulis suis repetebat: = Non probrum est operari, sed est cessatio improbum =. Seneca vero ut refert Erasmus (Lib. VIII. apophtegmatum) ajebat: = Nihil interesse inter mortuum et inerti otio abditum =

Cum igitur actiones sive opera humana causa sint cur homines ipsi vitam vivant, et quidem beatam, evidens est proficere, sive progredi homines agendo

Articulus II

Ipsi autem Homines agunt prout Educati.

(1.) Actiones vero sive operationes, quibus homines proficiunt ac progrediuntur, educationi respondent; illis nempe disciplinis, quibus factum fuit, ut in ætate juvenili mente intelligerent, corde vellent, ac sese corpore moverent primo homines.

Quod tum ratione, tum experientia fit nobis manifestum.

3.) Ætas enim illa et præcipue infantilis est veluti tabula rasa, ad quascumque prompta impressiones, tum quia præcedentibus cognitionibus minime gravata, tum quia membris constat tenerrimis, quæ pro lubitu quaquaversus flecti possunt. Quintilianus proinde hac de re tradebat: = Natura tenacissimi sumus eorum quæ rudibus annis percepimus: ut sapor quo nova imbuas durat; nec lanarum colores, quibus simplex ille color mutatus est, elui possunt = (1)

Nimis autem longum esset, si saltem pauca ex iis, quæ in dies eveniunt, ad rem nostram eligere velimus. Hoc solummodo dicemus, quod ætas juvenilis, cum instituitur, est veluti ager novalis prompte recipiens semina ac cum usure fæcundans; ejusdemque ætatis dies sunt veluti hiems soli, in unusquisque uber plantis quæ inde deinceps florescent atque fructificabunt. Quocirca asserere non dubitamus vitam virilem ac senilem generatim loquendo, veram esse educationis juvenilis expressionem atque extensionem, ita ut ætas, quibus homini opus est ad perfectionem, respondeant utique educationi atque sint veluti fructus [illegible] pristinæ institutionis.

Hinc Philosophus Romanus: = Studia, ajebat, quæ sunt in adolescentia tamquam in herbis significant quæ virtutis maturitas et quantæ fruges industriæ sint futuræ = (Cicer. pro Cel.). Sic, ut Comes de Segur merito observat, = Il giovane Ciro dava lezioni di gravità e di temperanza a suo Zio, il Re de' Medi. Il Giovane Achille alla vista di una spada gettando lungi da se l'abito femminile, mostrava ai Greci il vincitor d'Ettore. [illegible] Roma [illegible] innanzi a Silla. Cesare ancor fanciullo chiedeva al suo Ajo

(1) Fab. Quintil. Lib. I. cap. I.

una spada per uccidere il tiranno. Duguesclin batteva e comandava a' suoi compagni di scuola. Enrico appena uscito dalla cuna rideva, beveva, si batteva e conosceva già l'arte di farsi amare e temere = (vegg. Galler. Morale e Polit. Tom. II Infanzia.)

Quapropter Joannes Lokius, postquam dixerat: = Le minime, le più insensibili impressioni, che si pigliano dalla nostra tenera età sono d'importantissime conseguenze e d'una lunga durata = subjungere non est veritus = E credo di poter assicurare, che di cento persone ve ne sono novanta, le quali sono quello che sono, buone cioè o cattive, utili o inutili alla società umana, mediante l'educazione che hanno avuto = (Trat. dell' educaz.e).

(*) Unde Aristoteles Stagirita ajebat: = Parentes, qui recte filios suos instituissent multo honorabiliores esse iis qui tantum genuissent: quod ab his contigisset vivere, ab illis bene vivere = (Laert. lib. 1. cap. 1.) Aristippus vero percontanti, quæ potissimum adolescentibus essent discenda? = Quæ viris, inquit, usui futura sunt = (Laert. lib. 2. cap. 8.)

Non diffitemur quidem homines totius vitæ cursu esse libertate donatos atque aliquando fore ut aliqui anteactæ vitæ formam commutent. At ex his nihil prorsus contra nos concludi potest. Diximus enim superius, generatim loquendo, vitam virilem ac senilem quamdam esse imaginem ac veluti expressionem educationis ætatis juvenilis: atque hoc diximus ex eo quod res aliter evenire potest, considerata utique hominis libertate. Quod si contra ac demonstratum est, nobis, aliquos tantummodo da ii casus nobis opponitur, quis est qui nesciat exceptiones regulam confirmare in contrarium?

Igitur cum prælaudato Comite finem faciamus dicentes: = L'educazione, e non la nascita è quella che fa tutto. L'uomo è procreato da suo padre, ed è formato dal suo istitutore. L'uno ci fa nascere, l'altro ci perfeziona = (id. ib.) Adeo verum est homines operari prout fuere educati.

Articulus III.

Educantur tandem homines pro diversitate Institutorum.

(1.) Educatio tandem, quam normam esse diximus illarum actionum, quibus homines progrediuntur, indolem, ingenium, moresque subsequitur institutorum.

Immo, ut hæc educationem inter et educatores connexio atque dependentia nobis probe innotescat, sufficit si tantisper considerare velimus hæc tria: primo qui sint illi viri, quos præ aliis ceteri desiderant homines, eosque imitantur; secundo quæ sint illæ veritates, quas præ aliis homines facilius cognoscant, ac firmius retineant; tertio quæ sint hominum operationes, quæ præ aliis locum obtinent in eorumdem vita.

Qui igitur sunt homines, qui præ aliis desiderantur, quique maximum exercent dominium in aliis hominibus?

Præ aliis nos desideramus, præ aliis nos illis adjungi concupiscimus hominibus, eosque imitamur, qui quantum a nobis intelligitur, homines sunt, vel fuerunt, sive erant nobis benefici. Atque hæc est causa cur divites sint miseris desiderabiles, honorum dispensatores ambitiosis, et doctores studiosis. Tanta imo est hujus legis vis, sive efficacia, ut minime fallantur ii, qui ad cognoscendam populorum indolem nomina prius cognoscere student illorum virorum.....

Bene merito scribebat nuperrimus Auctor: = In tutti i tempi gli uomini famosi qualunque sia stata l'origine della loro celebrità, esercitarono un meraviglioso influsso sul lo spirito del loro secolo..... E sarebbe curioso il percorrere la storia per esaminare i diversi cangiamenti, che gli uomini, i quali rappresentarono parti importanti sulla scena del Mondo, fecero subire al carattere de' varii popoli: vedremmo allora Roma feroce sotto il dominio di Romolo guerriero; religiosa sotto il pio Numa, semplice ed austera sotto i Fabrizj, turbolenta sotto i Tribuni, corrotta sotto i Luculli, e gli Antonii, crudele sotto i Tiberii e i Neroni, presentare successivamente al pensiero l'esempio delle virtù più sublimi, e dei vizj più infami: tanto è vero che ogni secolo s'imprime per così dire del genio di quelli, che occupano i primi posti nell'umana società =.

Atque huc redit sive illud Salomonis: = In malevolam animam non introibit sapientia = (Sap. I. 4.): sive illud Salvatoris, quo præsides jubentur esse irreprehensibiles suorumque inimicorum amatores.

Secundo loco illæ veritates quas præ aliis facilius cognoscimus, ac memoriæ mandamus sunt primo, quæ exemplis exprimuntur, dein sunt quæ communiter creduntur; tandem quæ intellectui auditoris conformantur ac veluti cum præcedentibus notionibus copulantur. Hinc est quod Aristoteles dicebat = Exemplis utimur in dicendo ut facilius intelligatur quod dicimus = (Lib. 2. Poet.): Cicero: = Duo illa nos maxime movent similitudo et exemplum = (Lib. 3. de Orat.): Leo Papa: = Validiora sunt exempla, quam verba, et plenius opere docetur quam voce = (Leo Papa in Ser. de jejun.): ut tanquam proverbium haberi possit ac Compeavii sententia = L'impressione della parola è sempre debole, e parlasi al cuore per gli occhi assai meglio che per le orecchie. =

Hinc in Romanis Legibus de Magistratibus hæc erant: = Hic ordo vitiis careto; ceteris specimen esto = (Cicer. lib. 3 de Legib.). Atque tanta est homini ad credendum quæ communiter traduntur proclivitas, ut in proverbium hoc venerit dictum: = Vox populi vox Dei =; ut illi qui a sententia communi sese separant, amentes putantur.

Unde Cicero ipse admonebat. = Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est = (1. Tuscul.): Seneca vero: = Multum dare solemus, inquiebat, præsumptioni omnium hominum; apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus

videri = (Epist. 117).

Quod tandem præ aliis veritates illæ cognoscantur, quæ præ aliis quoque cum antecedentibus notionibus copulentur, ex eo fit evidens quod ut Auctor noster ajebat: = Ogni razional dottrina è fondata sopra una antecedente cognizione imperciocchè l'uomo nulla può apprendere, se non da quello che già sa = (Il Conte Gius. De Maistre. Veglie di S. Pietroburgo tom. 2. trat. 6.). Quod illis edocebat verbis jampridem Aquinas: = Omnis inquisitio rationis procedit a simplici intuitu principiorum per intellectum, et terminatur ad ipsum per resolutionem = (1. quæ. 79. art. 8. O.)

Illæ tandem præ aliis locum habent in hominum vita actiones, firmiusque memoriæ mandantur, quas illico præmium, deficiuntve quas illico pœna subsequatur: omnia enim homo operatur sub specie boni. Quocirca Theophrastus percontatus quidnam Rempublicam conservaret? respondit: = Præmium et pœna = (Stob. ser. 41.). Quod jampridem edocuerat Salomon ipse; qui de disciplina, quæ juxta D. Cyprianum = Est morum ordinata correctio = sapius est. = Tene disciplinam nec dimittas eam = (Prov. IV.): Via vitæ custodienti disciplinam = (Prov. X.). Quod pariter quotidiana patet experientia.

(?) Quibus singillatim perpensis sic nobis ad concludendam propositionis nostræ demonstrationem licet ratiocinari.

Est nobis manifestum, peculiari quodam modo homines instrui a viris beneficiis atque famosis; illasque præ aliis homines cognoscere veritates quæ maxime signis prælucent vel communiter traduntur, vel evidentes apparent; ac tandem illas præ aliis homines perpetrare actiones aut aufugere, quæ præ aliis aut præmio aut pœna afficiuntur. Tria hæc prorsus manifesta sunt nobis.

In hæc omnia ab institutoribus dependent. Naturam igitur institutorum subsequitur educatio, ut nobis proposueramus demonstrandum.

Atque adeo clara est hæc conclusio, ut cum Plutarco finem faciamus: Igitur = Non populus causa gubernatoris, sed gubernator causa fit populi =.

Conclusio.

Cum igitur proficiant homines agendo, agant vero prout educati, atque educantur pro institutorum diversitate evidens est ab institutoribus pendere omnem propemodum hominum, reddere felicitatem.

Appendix.

Corollarium primum.

Cum ratio vivendi institutorum benevolam reddit auditorum animam, illa hominum societas, quæ præ aliis institutoribus abundat beneficis atque illustribus præ aliis etiam societatibus auditores habebit dociles

Corollarium quintum

Cumque ratio docendi Institutorum sit quæ plus minusve lumen infundit ~~[illegible]~~; societas quæ præ aliis Institutoribus abundat, qui leges observant, loquantur com munia, et clare ratiocinentur, præ aliis etiam societatibus homines habet doctos.

Corollarium Sextum.

Cum tandem Disciplina sit, quæ facit ut homines generatim operentur; societas illa, quæ præ aliis disciplina utitur, præ aliis quoque societatibus homines habebit operantes, sive [illegible] progressos

Caput II

Quibus Actibus Entia suos obtineant Fines :

H. E.

De Complemento rerum sive Entium perfectione

—

Quæstio Iª

Quæ modi generales inquirantur, quibus Entia suos consequantur fines, oportet.

Articulus I.

Quibus modis Entia suos obtineant Fines, oportet.

—

A.) ... Entia quæcumque ad finem aliquem creata, si libertate sint destituta, si proinde nullum in suis actibus dominium habeant, hæc entia, quæcumque illa sint, suum obtineant finem oportet aliunde mota, veluti totidem instrumenta in manu artificis: = Sicut, ajebat Aquinas, sagitta tendit ad determinatum finem ex hoc quod movetur a sagittante qui suam actionem dirigit in finem = (1.2. quæ. 1. a. 2.).

Sic creaturæ irrationales nec non sensilia, planctæ et cuncta quæ dimidium nunc adspectabilem constituunt utpote libertate destituta suum consequantur finem necesse est a Natura mota sive directa, hoc est spontanee atque instinctu.

B.) Quoties autem entia creata sui libertate prædita ad suum consequendum finem libertatem exerceant necesse est: proindeque prævia mentis deliberatione operentur oportet.

Homines proinde libertate pollentes, ut suum obtineant finem necesse est, ut illum cognoscant ac velint, ut eidem cognito, voluntate sua adhæreant, consilioque voluntati operibus respondeant: eatenus proinde datum est hominibus suum consequi finem, quatenus determinata faciant opera. Cum igitur irrationalia instinctu perficiantur, rationalia obedientia sive humilitate.

C.) Illud tandem Ens quod ab aliis omnibus est absolute independens, quodque omnia alia entia propter sui gloriam e nihilo eduxit, eductaque conservavit, tunc creationem ac Conservationem rerum perficiet, quando sibi ipsi placuerit

Deus igitur O. M., nulli secundus, omnia complebit libere. Cumque irrationalia per instinctum, rationalia per obedientiam, suum obtineant oportet finem, opus est ut Ens entium finem suum consequatur per voluntatem.

Corollarium.

Cum inter Entia, quę ratione carent alia sint, atque alia, plus nempe minusve composita, ut in plantis apparet et brutis, consequens est, unumquodque eorum in suo obtinendo fine diversimmode moveri debere.

Articulus II.

Quibus præcipue muneribus sit homini incumbendum.

A.) Hæc tria munera sunt præcipua, quę quemcumque respiciunt hominem, qui annos pertingerit rationis.

B.) Munus primum est vitę conservatio: prius enim est esse quam operari. Munus secundum est felicitatis adeptio; ad meliora enim sponte sua tendit homo. Tertium vero munus est mortificatio; illico enim homo experientia sua edocetur, nec omnia simul se posse desiderare, nec inquirere nec possidere.

C.) Habet quidem homo et aliam necessitatem, instructionis videlicet, et doctrinę, hęc tamen necessitas perpram respicit potius educatoris quam educandi: ita ut quando deficit scientia sive educandi causa, deficit etiam munus. Huc enim orsum habent illud Naturarum effatum = Ignorantia involuntaria sine culpa excusat a peccato = atque illud Ecclesię: = Infidelitas negativa non est peccatum =.

Articulus III.

Quo ordine hisce muneribus sit homini incumbendum.

A.) In muniis suis adimplendis, cum homo antequam veniat ac operetur, cogitet necesse est, prius intendere debet, inde operari.

B.) Cumque homo ipse aliquibus obtentis ad alia progrediatur obtinenda, atque plus valeat quod fit propter se, quam illud quod propter aliud efficitur, homo ipse intendere debet prius quę sunt ultima, posterius quę sunt media

C.) Cum tandem finis sit, qui ultimo obtinetur ratione mediis prius obtentis, homo ipse ordine inverso operetur necesse est, ordini illi, quem secutus fuerat intendendo.

Atque huc redit illud Philosophicum dictum = Quod primum est ordine intentivo, ultimum est in ordine executivo.

Articulus IV.

Qua igitur intentione opus erit homini in obediendo?

A.) Ut homo recte dici possit operari, necessarium igitur esse dicimus quodam ordine uti sive in obediendo, sive in exequendo.

B.) Et quidem primo tamquam finem ultimum sibi proponat, necesse est, Dei gloriam; secundo sui ipsius felicitatem; tertio legum observantiam.

Quod utique nostra etiam nos edocet fides: Caelicolae enim in J. Christi Nativitate canebant = Gloria in excelsis Deo; et in terra pax hominibus bonae voluntatis =. Christus vero sic desiderare ac deprecari singulis diebus edocuit asseclas suos: = Sanctificetur Nomen tuum: adveniat Regnum tuum; fiat voluntas tua =.

C.) In ordine autem executivo leges sunt adimplendae: et hoc quidem ordine, ut illa prius adimpleatur, quae vel nullam amplius moram pateretur, vel facientem reddit aptiorem ad alias adimplendas leges.

Articulus V.

Utrum homo qui infirmus est et degener viribus suis tantummodo utens suum possit ultimum obtinere finem.

A.) Nequaquam posset suam perficere viam homo sibi relictus, ex eo quod magis ad malum sit ipse proclivis, quam ad bonum.

B.) Non posset secundo ideo quia cum sit ipse infirmus et degener talis non est per creationem, sed per justum Dei judicium: hinc venia opus est illi.

C.) Catenus igitur non posset utpote infirmus quatenus medicina opus est illi ad recuperandam salutem; nec posset, utpote poena divinitus affectus, quatenus in gratiam Dei iterum veniat opus est illi.

Sibi igitur soli relictus homo de malo in malum praeceps iret ad perditionem usque: hinc Apost. Paulus homines minime justificatos merito vocabat = Vasa apta in interitum =

Articulus VI.

Debet ne Deus hominibus parcere et mederi.

A.) Neutrum dicendum est de Deo Op. M. quidquid arbitrati fuerint Sokins, et Tyndallius.

B.) Si enim Deus veniam peccatoribus dare teneretur, tunc quemadmodum ipse Tulbius advertebat, melior esset conditio peccatoris, quam justi; tunc nunquam posset Deus exercere justitiam; tunc homines pervicaces aliquid possent quod minime Deus ipse auferre valeret.

Atque cum ex parte Dei nonnisi amoris ac gratiae indicium sit, ex utraque reconciliatio aeternam pariter pro hominibus infirmis quae sit, gratuitum omnino et indebitum esse apparet.

C.) Quocirca quidquid commenti sunt quos recensuimus Auctores, nonnisi putidum esse atque erroneum censendum est.

Articulus VII

Quo distinguantur nomine illae scientiae, quae haec munera edocent Homines?

A.) Illa scientia, quae regulas tradit hominibus ad se perficiendum Religio nuncupatur ac Scientia sacra.

B.) Quae autem scientia regulas tradit hominibus ad vivendum generatim dicitur scientia Prophana.

C.) Quae autem scientia regulas hominibus tradit ad cupiditates coercendas, nunc Prudentia, nunc sui abnegatio, nunc autem Temperantia et Fortitudo dicitur.

Immo Epictetus ad haec duo praecepta Ethicam reducebat: = Sustine et Abstine =.

Articulus VIII

Quae tribus hisce scientiis sit praestantior dicenda?

1.) Religio praestantior est, ex eo quod ipsa prae aliis immediate homines dirigat ad summum Bonum sive finem ultimum propter quem caetera volumus, ipsum autem nonnisi propter ipsum.

(B.) Quod doctrina Aquinatis confirmare placet: = Ars, tradebat ipse, ad quam pertinet finis universalis semper movet ad agendum artem ad quam pertinet finis particularis sub illo universali comprehensus: sicut dux exercitus, qui intendit bonum commune scilicet ordinem totius exercitus, movet suo imperio aliquem ex tribunis, qui intendit ordinem unius aciei = (S. Tho. 1. 2. quae. 9 art. 1.)

.) Quapropter si Religio est praestantior, scientia prophana haec ipsa est praestantior disciplina; cum haec sit nedum propter gaudium verum etiam propter vitam.

Corollarium II

Cum igitur ea de causa Religio sit praestantior, quia nempe ad finem universalem dirigit ridenda omnino est illorum sententia, qui Ecclesiam ultam esse volunt in Regno, quasi finis universalis fine particulari comprehenderetur.

Corollarium III

Atque eadem de ratione majori laude digna sunt omnia ea inventa, quae ad artem vivendi spectant, quam quae ad disciplinam.

Quæstio III.

Quæ modi includuntur sive rationes instituendi.

Articulus I

Quæ necessario Educatio complectatur.

A.) Ea necessario complectitur educatio sine quibus homo nec existere nec intelligere, nec velle possit

B.) Quæ igitur ad vivendum sunt necessaria, tum quæ ad intelligendum, vel volendum necessaria cognita sunt, ea omnia subjecta sunt educationis; ea omnia complectatur necesse est educatio.

C.) Sive educatio respiciat necesse est parentes, plagam, et adjes propter vitam Physicam, respiciat necesse est exempla, dicta, atque ratiocinia ad mentem illuminandam propter vitam moralem, respiciat necesse est præmia et supplicia, quibus excitetur animus ad operandum.

Articulus II.

Cum ad tria hæc veluti fundamentalia sese extendat educatio, triplex ne educationis æque ac educatorum ordo erit necessarius?

A.) Duplici huic interrogationi sigillatim respondebimus

Dicimus itaque triplicem utique dari debere educationis formam, sive artem: alia enim sunt, quæ requiruntur ad vivendum, atque alia quæ requiruntur tum ad intelligendum tum ad cohibendum.

B.) Nequaquam autem dici idem potest quoad Educatores. Eadem enim persona, quæ liberos suos enutrit, eadem tum docere, tum corrigere potest. Quin imo cum ille qui enutrit benevolos sibi reddat enutritos, atque dociles, eosque enutriendo quid scire valeant, quid fere recusent facile cognoscatis; hic homo pro meliori commodo eorum quos educaret, eodem tempore triplici fungeretur educationis munere.

C.) De cætero propter multitudinem eorum, quæ tum ad vivendum, tum ad intelligendum, tum ad cohibendum sunt necessaria dicimus sæpenumero multiplicari debere vel ipsos educatores,

Corollarium 1

Illa igitur opinio qua tria educationis officia ab una eademque persona compleri non posse dicitur, quasi se invicem adversarentur est prorsus absurda et ridicula

Articulus III
Quibus consulendum est modis hominum Existentiæ?

Articulus IV.
Quibus consulendum est modis hominum Instructioni?

Articulus V.
Quibus consulendum est modis hominum Coactioni?

Articulus VI.
Quibus Educatores polleant qualitatibus necesse sit?

A.) Diversis pro diversitate, quam dare debent educationis, effulgeant qualitatibus Educatores oportet.

Ut enim aliorum existentiæ consulere valeant requiritur ut ipsi sint Docti, et Fortes, ut sciant et valeant sibi necessaria comparare; atque misericordes ut aliorum supplere velint egestati.

B.) Ut vero aliorum instructioni consulere valeant, requiritur, ut ipsi sint probi docti, et sapientes, ut sic *exemplis* imitatores, *dictis* fideles, *ratiociniis* intelligentes valeant instruere.

C.) Ut tandem hominum coactioni consulere valeant, requiritur ut sint *docti*, *prudentes* et *fortes*: docti nempe, ut, quo tum leges, tum earumdem transgressiones probe norint; prudentes, quo tum animum subditorum, tum præmia vel supplicia reique cognoscant; fortes demum, quo opportunis mediis hominum cupiditatibus infrenari valeant.

Articulus VIII.
Ad quos de jure spectent Educationis ministeria?

A.) Ad neminem prorsus pertinet de jure educationis ministerium præter Deum solum vel Diviniter missos.

B.) Ad educandum enim requiruntur educator, et educandus, superior et inferior, et imperium nempe et subjectio sive dependentia.

At vero solus Deus est omnimode independens, verum etiam omnis creatura rationalis ab ipso Deo duntaxat essentialiter dependet. Hinc jure et merito Apostolus ajebat: = Non est enim potestas nisi a Deo = (ad Rom. XIII. 1.).

C.) Cumque Deus solus sit essentia sua superior, Ipse quoque facere potest, ut hi vel illi suas gerant vices sintque educationis ministri

Articulus VIII.

Qui sint dicendi inter homines ad educandum constituti, sive missi?

A.) Inter homines veluti educationis ministri habendi sunt illi, qui ex natura vel ii parentes, vel ex studio apti inveniuntur. Unde Aristoteles tradebat hac de re = Naturaliter regens dignior est regno =. Et notum est eruditis illud Plutarchi: = Hasta juvenum, consilia senum =.

B.) Habendi sunt in educando ministri seu Dei vices-gerentes secundo loco illi homines, quos ipse Deus sibi ad hoc elegisset signis ac portentis. Hujusmodi fuerunt ver. gr. Moyses, Saul, David, ac singuli Apostoli.

C.) Illi tandem educatores sive Dei Ministri habendi sunt, quos in suos Imperatores, ac Duces sic nationes, sive populi quicumque elegissent.

Articulus IX.

Quibus apud nos indicantur nominibus educationis ministri? . . .

A.) Diversimmode apud nos appellantur, qui educationis ministeria funguntur. Sed in primis eorundem nomina generaliora haec duo sunt, Superiores nempe et Magistratus.

B.) Hisce autem nominibus minus extensis, sed ad ministros eosdem veluti in classes distribuendos opportunis, ipsi ministri indicantur et sunt: Parentes, Principes, et Sacerdotes

C.) At neglectis, ut ita dicamus, parentibus plerumque dicendi subjectum sunt alii Superiores, quique communiter indicantur duobus hisce nominibus, Gubernii nempe et Ecclesiae, vel Potestatis Civilis, et Potestatis Spiritualis

Articulus X

Quam habeant extensionem Parentum Principum ac Sacerdotum jura?

Articulus XI.

Quae sunt Gubernii jura respectu Ecclesiae?

A.) Ecclesia est ad educandum in illis quae necessaria sunt ad perfectionem usque..

B.) Gubernium est ad vitae ac perfectionis subsidium per coactionem.
= Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali . . . Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malum agit = (ad Rom. 13. 3.): hoc ipse Paulus tradidit, quod nobis ipsa suppeditat ratio.

C.) Quæ igitur jura? .. .. habet Gubernium ad lumen retrahendum, ad vitam consequendam æternam. De Greco, et Aquinas tradebat. Principes sunt totidem vassalli Ecclesiæ: Eadem de ratione quo coactio instructioni inserviat necesse est

Articulus XII.

Multiplex ne inter homines Ecclesia?

—

a.) Multiplex quidem, est satis superque.
B.) Quinimmo ad mille, et ultra inter homines habentur Ecclesiæ.
C.) Quæ generatim in quatuor rediguntur: in Ecclesiam nempe Christianam; Hebraicam, Mahometanam, atque Idololatram

Articulus XIII.

Multiplex ne Gubernium?

—

A.) Multiplex equidem: pro diversitate nempe subditorum:
B.) Pro diversitate legum:
C.) Et pro diversitate Magistratus illud distinguitur.

Articulus XIV.

Quæ Ecclesia habenda est Vera?

— —

A.) Quæ venit Divinitus missa ad homines infirmos illuminandos, ac regendos ad perfectionem usque.

Articulus XV.

Quale Gubernium habendum est nobis justum?

—

Illud quod veræ Ecclesiæ favet, suisque legibus bonum commune intendit suorum subditorum.

Articulus XVI.

Quod in Gubernio fortius dicendum erit?

Articulus XVII

Quod nobis erit Gubernium præ cæteris habendum conveniens?

— —

A.) Si sermo sit de Guberniis justis etc.
B.) Si autem instituatur sermo de Guberniis tyrannicis etc.
C.) Si autem habeatur respectus ad subditos: si ipsi numero pauci etc. si ipsi virtute prediti etc. si vero cupiditatibus exagitati etc.

Quæstio IIII.ª

Qua consequentiæ, quæ veluti sugere natura ex prædictis fluunt discutiuntur sive de Officiis Dei, Ministrorum, et Ministratorum.

Articulus I.

Quid debeat Deus Hominibus?

Nihil utpote summe liber: et siquæ fuerit pollicitus ipsis veracitati suæ debet; non ipsis: atque tanto minus nihil debet, quoniam peccatores sumus.

Articulus II.

Quid debeant Ministri?

Articulus III.

Quid debeant Subditi?

Articulus IV.

Quid singuli Homines?

Mores primum disce, mox sapientiam disce = Senec. Epist. 89.

S. N. D. B.

Ad institutiones Philosophiæ Moralis quoad primam partem supplementa.

Cum amplitudine rerum vis animi crevit.
Fab. Quintil.

Pars Prima.

De Felicitate.

I.°

Quid Ethica quæ ejus partes, et status sit. — *Quid sit Ethica.*

(a). Ethica, quæ Græcis morum indolem, et proprietatem; apud Latinos disciplinam morum, Philosophiam Practicam, seu Moralem indigitabat: nobis scientiam boni sonuit. Ne autem inter Ethicæ institutores jejuni videamur in ipso limine, quæ mirum est quam diversas providerint hujus facultatis definitiones, quæ fere tantum verbis inter se dissentiebant; una cum ipsis Ethicam sic definiemus: Ars, vel scientia, vitam, mores; que conformandi ad veram felicitatem consequendam.

(b). Et tres ipsa complectitur partes: in quarum prima de summo hominis bono, nimirum de felicitate; in secunda de legibus; et de officiis in tertia agitur: quas pariter singillatim evolvemus. — *Quæ ejus Partes:*

(c). Nec nuperrima ipsa credatur: eam primitus Adamo fuisse a Deo infusam profitemur: quam postea Moyses peculiariter elucubravit, atque evolvit: et Christus tandem perfecit. In id incubuerunt etiam veteres Gentium Sacerdotes, Philosophi, et Legislatores. Inter Græcos Socrates præcipue, et Aristoteles in hoc claruere, et inter Romanos Cicero, Seneca, et Epictetus. Post Christi adventum Sancti etiam Patres morum præcepta in suis libris uberrime docuerunt, inter quos eminet Divus Ambrosius libro tertio de officiis, et Divus Thomas Aquinas parte secunda Summæ Theologicæ. Sed isti nimirum ratione et revelatione id præstitere: et succesu temporis factum fuit ut pleraque Ethicæ dogmata in Theologiam immigraverint quamquam non deerint in — *Et quis ejus status inquirit.*

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
Inches 1 2 3 4 5 6 7
Farbkarte
Sachverständigen-Zubehör.de
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Grey Black

TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1207_I**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/